Herrn Bibliothecar Jäck

mit wiederholten besten Danke
für die vielfachen Beweise güti-
ger Gesinnungen für unser
Unternehmen

Schrader

Da IX. 149

H. li.
o
344

# PRODROMUS
## CORPORIS JURIS CIVILIS

A

SCHRADERO, CLOSSIO, TAFELIO,

PROFESSORIBUS TUBINGENSIBUS,

EDENDI.

---

INEST

Totius operis conspectus;

Subsidiorum ad Institutionum criticam recensionem et interpretationem spectantium enumeratio;

Editionis ipsius specimen.

---

BEROLINI

APUD G. REIMERUM.

MDCCCXXIII.

# Prospectus.

Editionem corp. jur. civ. critico-exegeticam, minoris voluminis, quae quotidiano usui ita inserviat, ut studia juris et antiquitatum inde vere adjuventur, quam hominum doctorum desideriis diu efflagitari constat, nos, qui nomina subscripsimus, virium studiorumque intra hos 10 annos commercio indefesso elaborandam suscepimus.

Quem finem, maximopere nobis expetitum, ut, quantum fieri poterit, assequi liceat, aliorum qui huic literarum parti incumbunt atque favent, auxilio haud mediocri indigemus, quod ut nobis contingat, enixe rogamus.

Jamque, ut singula exponamus, opus nobis videtur non modo codicum, editionum rariorum aliorumque subsidiorum tam criticorum, quam exegeticorum cognitio accuratior ea, quam praestiterunt libri typis exscripti, quorum subsidiorum meliora sedulo eligere animus est, sed etiam, ut horum fontium aditus pateat, hominum prudentum in ea quoque re procuratio.

Quod vero codices attinet, edoceri velimus, quo quisque loco asservetur? qualis suppetat usus singulorum? quaenam eorum aetas videatur? librorum deinde forma ipsa num scriptionem diligentiorem aliasque virtutes prae se ferat, in vulgatis libris minus conspicuas? capitum inprimis inscriptiones vel subscriptiones num solito pleniores extent? glossaene a vulgatis discrepantes adjectae sint? errorum manifestorum numerus magnus, an exiguus? Hujus notitiae ambitum haud leviter juvabit codicis cujuslibet cum editione aliqua vulgata in speciminis gratiam instituta collatio, et quidem, quod maxime probabimus, cum editione Gebauero-Spangenbergiana. Ita conferri cupimus, ut cum cognitis incognita comparare liceat, in Institutionibus Prooemium et lib. 1. tit. 10. (d. nuptiis);

in Digesto veteri lib. 12 tit. 5. (d. condictione ob turpem caus.) et lib. 22. tit. 5. (d. testibus);

in Infortiato lib. 26. tit. 7. (d. administr. et periculo) l. 34 — 37, l. 29. t. 2. (d. A. v. O. H.) l. 84. usque ad finem, et caput finale totius libri, lib. 37. t. 17. (ad S. C. Tertullianum) l. fin.;

in Digesto novo lib. 47. tit. 2. (d. furtis) l. 80. usque ad finem, l. 50. t. 16. (d. V. S.) priora 30 capita;

in novem prioribus libris Codicis, l. 4. t. 24. (d. pignerati. act.) et l. 6. t. 38. (d. V. S.);

in Volumine Nov. 99, Cod. lib. 10. tit. 1. (d. iure fisci) et 2 Feud. 27.;

in graecis Novellarum codicibus Nov. 99 et 118.;

in Juliani Epitome capita istis Novellis respondentia 92 et 109.

Ea omnia qui praestare non potuerit, parte saltem operae suscepta, e. g. descripta codicis forma externa, collatoque, si libuerit, locorum istorum initio, nobis, hoc opus aggressis, multum speramus consulturum.

Editionum deinde rariorum aliorumque subsidiorum loca, quibus asserventur, interim ostendi nobis optamus, quaque ratione vel mitti ad nos, vel inspici suo quaeque loco possint, ne forte eorum, quae nobis ante cognita fuerint, accuratior tractatio incassum instituatur.

Jam vero qui librum aliquem nobiscum communicaverit, cujus usus nobis haud suppetit, is maximo sibi nos beneficio devinciet.

Quae quis compererit habueritue nostro commodo inservitura, ea vel ad nos transmittet, vel ad operis redemtorem, virum honestissimum, Reimerum Berolinensem, librariorum usus commercio; si ad Institutiones ista faciunt in quibus adornandis statim occupati erimus, publico curru.

Omnis generis opem gratissimi in usus nostros vertemus ea qua per est pecunia honoraria remuneraturi, si quidem suffecerint conamini nostro destinati sumtus, quos redemtor, librum nostrum decenti forma editurus, ea quidem liberalitate promisit ut suscepti operis adjutor summa laude dicendus nobis videatur: verum, si cum iis comparaveris, quae perficere animus nos impellit, adeo (is modus in rebus hominum privatorum) circumscripti sumtus isti sunt, ut, qui studiis nostris favent, saepenumero suam nobis operam gratis praestituros speremus, ne intercidant alia magni momenti, quae sine gravi impensa perfici nequeant, e. g. iter Veronam faciendum, ubi scriptus liber, Codicis partem continens, perantiquus, ad praestantiam Pandectarum Flor., ut videtur, proxime accedens, accurate inspicietur.

Qui vero subsidia quidem praesto habet, vel alio quocunque modo rei nostrae juvandae par sibi videtur, haec autem gratis nobis suppeditare qualibet ex causa impeditur, eum rogamus, velit nos ea de re certiores facere adjecto, quod maxime expetimus, specimine ejus, quod in nos conferre voluerit, subsidii. Quo facto tantum quantum per pecuniam licebit operi destinatam, atque id, quod inde efficiendum est, pro subsidiis oblatis lubenter praestabimus.

Tubingae mense Aprili a. 1820.

| D. Schrader, | D. Clossius, | Tafel, |
|---|---|---|
| Prof. juris civilis. | sub-bibliothecarius. | Prof. philologiae. |

# Aufforderung zu zeitiger Unterstützung bei Besorgung einer neuen kritisch-exegetischen Handausgabe des Corpus juris civilis.

Dem längst gefühlten Bedürfnisse einer guten kritisch-exegetischen Handausgabe des Corpus juris civilis wollen die Unterzeichneten, so viel es ihren vereinigten angestrengten Bemühungen im Laufe der nächsten 10 Jahre möglich seyn wird, abzuhelfen suchen. Um sich dem hier vorgesteckten Ziele so sehr nähern zu können, wie sie es angelegentlich wünschen, bedürfen sie sehr der Beihülfe anderer Gelehrten und Beförderer dieser Studien, um welche sie hiermit dringend bitten. Namentlich sind ihnen nöthig genauere Notizen von Handschriften, seltneren Ausgaben und andern Hülfsmitteln der Kritik und Auslegung, als man bisher in gedruckten Werken fand, um danach eine gute Auswahl der wichtigern genau zu benutzenden treffen zu können, und Hülfe bei deren Benutzung. Von den Handschriften namentlich wünschten wir zu erfahren, wo jede sich befinde und wie sie etwa benutzt werden könnte? von welchem ohngefähren Alter sie seyn mögte? ob ihr äußeres Kennzeichen besonders sorgfältiger Abfassung und sonstiger Vorzüge vor dem Gewöhnlichen hat oder nicht? ob namentlich die Inschriften und Unterschriften der einzelnen Stellen vollständiger als meistentheils vorhanden sind? ob eine andere als die gewöhnliche Glosse beigeschrieben ist? ob wenig oder viel offenbare Fehler sich finden? Zur Vervollständigung dieser Nachrichten wird besonders gereichen eine Probe-Kollation der Handschrift mit irgend einer der gewöhnlichen Ausgaben am liebsten der Gebauer-Spangenbergischen, welche wir, um sie mit schon Vorhandenem vergleichen zu können, wünschen;

in den Institutionen über Prooemium und lib. 1. tit. 10. (de nuptiis);

im Dig. vetus über lib. 12. tit. 5. (de condictione ob turpem causam) und lib. 22. tit. 5. (de testibus);

im infortiatum über lib. 26. tit. 7. (d. administr. et periculo) l. 34 — 37, lib. 29. tit. 2. (d. A. v. O. H.) l. 84 bis Ende) und die letzte Stelle des Ganzen lib. 37. t. 17. (ad. S. C. Tertullianum (l. fin.)

im Dig. novum über l. 47. t. 2. (d. furtis) l. 80 bis Ende l. 50. t. 8. (d. V. S.) die ersten 30 Stellen;

in den 9 ersten Büchern des Kodex über l. 4. t. 24. (d. pigneratitia actione) und l. 6. t. 38. (d. V. S.);

im Volumen über Nov. 99, Cod. lib. 10. tit. 1. (d. iure fisci) und 2 Feud. 27;

in griechischen Novellen-Handschriften über Nov. 99 und 118;

in Julians Epitome über die diesen entsprechenden Capp. 92. 109.

Ist es indessen nicht möglich dies Alles zu geben, so wird man uns schon durch einen Theil dieser Nachrichten, z. B. durch die äußere Beschreibung, etwa auch noch die Vergleichung des Anfangs jener Stücke vielen Nutzen stiften.

Ueber seltne Ausgaben und andere Hülfsmittel erbitten wir fürerst nur die allgemeinste Nachricht von ihrem Dasein, und wie sie etwa erhalten oder benutzt werden können? damit nicht, wenn uns dieselben etwa schon bekannt seyn sollten, das noch Genauere vergeblich gearbeitet werde.

Wer anstatt der Nachricht von einem in unsern Händen nicht befindlichen Hülfsmittel uns dieses gleich selbst zum Gebrauche bei unserm Unternehmen zusendet, wird uns dadurch doppelt verpflichten.

Die Zusendung von Nachrichten oder Beiträgen wünschen wir durch Buchhändler-Gelegenheit, entweder nach Tübingen, oder an den Verleger des Werks Hrn Reimer in Berlin; in sofern sie aber die Institutionen betreffen, welche zunächst bearbeitet werden, mit der Post, wo möglich der fahrenden. Jede größere oder kleinere Unterstützung werden wir mit großer Dankbarkeit anerkennen; würden auch sehr gern jede derselben angemessen honoriren, wenn dazu die dem Unternehmern gewidmeten Geldkräfte reichten. Diese sind von dem Herrn Verleger, welcher das Werk auch äußerlich würdig ausstatten wird, zwar mit so seltner Freigebigkeit verwilligt, daß er dadurch als preiswürdiger Beförderer dieses Unternehmens ehrende Anerkennung verdient: in Vergleichung mit dem, was wir aber gern leisten mögten, sind sie doch — den beschränkten Kräften eines Privatmannes gemäß — so gering, daß wir in vielen Punkten auf die unentgeltliche Mitwirkung der Freunde unsers Studiums rechnen müssen, um anderes Wichtige, wohin diese nicht reicht (z. B. eine Reise nach Verona, um die dortige uralte, der Florenzer Handschrift der Pandekten wahrscheinlich nahe kommende Handschrift eines Theils des Kodex zu vergleichen), desto gewisser ausführen zu können. Wenn jedoch jemand Hülfsmittel in Händen hat, oder sonst nützliche Beiträge zu leisten vermag, aber seine Verhältnisse ihm nicht gestatten, dieses unentgeltlich zu thun, so bitten wir ihn, sich deswegen mit einem von uns in Korrespondenz zu setzen, am liebsten gleich mit Beilegung einer Probe von dem was er leisten kann; wo alsdann was die Kasse, in Vergleichung mit den nöthigen Ausgaben vermag, gern bewilligt werden wird.

Tübingen, im April 1820.

D. Schrader, Professor des Civil-Rechts.

D. Clossius, Unter-Bibliothekar.

Tafel, Professor der Philologie.

## Lecturis S.

Prodromo nostro, quamvis ipse praefationis vicem sustineat, nonnulla tamen praefanda videntur.

Primum enim in ipso libelli fronte omnes invitamus harum literarum cultores et patronos, ut pergant suis nos subsidiis consiliisque juvare, quibus, licet plurima nobis et utilissima humanissime jam nunc praestita sint, nihilo secius per universum, quo nostrum hoc opus agimus, temporis decursum indigemus. Deinde circa editionem, quam paramus, aliqua lubet monere, quae in ipso libro aptum locum non adepta virorum intelligentium judicio submitti velimus. Ea cum ordinem nostri laboris, tum orthographiam, denique formam externam spectant.

Quod ad primum attinet, hac via incessimus. Postquam ad manus essent duo indices lectionum in codicibus atque editionibus extantium e collationibus confecti per Clossium aliosve, quorum curas ipse moderabatur, Schrader, capite ipso cursorie perlecto, subsidia eo pertinentia graviora, praesertim capita parallela conquisivit celeriterque perlustravit. Tunc ad singulos paragraphos accedens,

post contextum accurate lectum indicesque lectionum e canonum collectionibus aliisque subsidiis remotioribus, Russardo Paciano etc. auctis, primum commentarios praestantiores percurrit breviterque excerpsit [1]); his deinde congestis, contextum tam criseos quam interpretationis causa ita pertractavit, ut singula quoque singulis locis profutura conquireret, notasque inde natas in chartam coniecit; tum alios libros, unde minora vel criseos vel interpretationis auxilia expectabat, v. c. glossas Ante-Accursianas, Reizium in miscellaneis observationibus, Dirksenium in Savignii ephemeridibus, Rosshirtum in Beiträge etc. inspiciendo, quae antea conscripserat, hic ibi auxit emendavitque; postremo, comparatis Haloandri et Cuiacii editionibus, interpunctionem constituit. Ita titulo aliquo a capite ad calcem pertractato, ceteri libri, qui rarius utilitatem praestare videbantur, v. c. Azo, Merillius, Broëus evoluti, qui passim aliquid, unde nostra augerentur emendarenturque, suppeditaverunt; atque horum librorum ope, qui diligenter paragra-

---

1) Qua in re is ordo placuit, ut ab iis, qui integra capita explicant, ad eos, qui singulas eorum particulas tractaverunt, transiret; et perlectis demum recentioribus nonnullis, quippe magis nostro more et distinctius scribentibus, antiquiores evolveret. Quod institutum fuit hoc fere ordine: Costa, Theophilus cum suis commentatoribus, Otto; Accursius, Balduinus, Hotomannus, Cuiacius, Borcholtenius, Bachovius, Giphanius, Heineccius; Grotius aliique auctores citati a DelRio, Hommelio etc.

phos distinxerunt eorumque argumenta enotarunt, paragraphorum divisione constituta, ea verba, quae ad significandum argumentum majoribus typis exscriberentur, electa sunt. Quibus ita, ut de dubiis quaestionibus inter operis socios saepe sermo ageretur, absolutis, schedae omnes Clossio et Tafelio tradebantur. Qui omnia denuo pertractantes, hic potissimum auctorum Graecorum Romanorumque, quos eum in finem numquam non evolvit, philologicarumque disciplinarum auxilio, suas notas Schraderianis haud raro oppositas adjecerunt. Jam schedis ad Schraderum remissis, hic contextum et notas novo examine instituto ita tractavit, ut et rebus ipsis recte constituendis et delectui gravissimarum notarum et brevi sermoni studeret. Hisce a Clossio et Tafelio denuo inspectis, Schrader et Tafel contextum et notas junctim perlegendo, ita, ut typis traderetur, constituerunt.

Ad orthographiam recte constituendam, licet notae speciminibus editionis adjectae tantum non ubique de ea sileant, semper attenti fuimus. Quo negotio, etiamsi res ipsa non posceret, tamen eam ob causam supersedere non potuimus, quia haud raro alia orthographia editoribus corporis juris, Florentinum Digestorum codicem plerumque exprimentibus, alia philologis placuit; unde factum est, ut, si vel jurare in verba magistri amaremus, nobis, qui et ICtis et philologis editionem nostram paramus, non facile permitteretur. Or-

thographicas autem quaestiones dirimere difficile negotium esse, neminem, qui quidem eas serio tractavit, fugere potest. Unde facile evenire potuit, ut vel circa rationes, quibus usi sumus, vel circa singulas inde deductas regulas erraremus. Quos errores ut in posterum evitemus: en nostrae de universa ea re sententiae expositionem. Quodsi compertum haberemus, quomodo Tribonianus libros juris a se collectos scribi voluerit, haec prae ceteris omnibus sequenda duceremus: verum subsidiis eo pertinentibus fere omnibus destituti edoctique, singulos librarios, antiquissimos quoque, in his rebus et maxime variasse et saepissime peccasse, potissimum in usum Romanorum doctiorum communem ita inquisivimus, ut eum tunc tantum relinquendum statueremus, quum satis constaret, eum Justiniani aevo vel omnino, vel certe in nostris libris desertum fuisse. Pro locupletissimis autem communis usus testibus scriptores grammaticos habuimus, si quidem, quid fieri soleat, narrant; interque eos Priscianum, ipsi Justiniano aequalem, cum in ejus aevi usum inquirendum esset. Post grammaticos scriptores primum numis, deinde lapidibus, tum codicibus testimonium denuntiavimus; analogia aliisque similibus rationibus vel veterum vel recentium grammaticorum tantum ut auxiliis usi sumus, unde, si testimonia deficiant, de communi usu aliquid inferri possit. Communi nostrae aetatis usui tunc demum, ubi verae quas enumeravimus rationes nullae praesto erant,

aliquid tribuimus. Testimonia et argumenta, quibus circa haec omnia multis indiguimus, praesertim Cellario [2]) et Schneidero [3]) ducibus conquisivimus. Praestantissimi hujus auctoris praecepta, quia optimis rationibus niti videbantur, saepissime secuti sumus, nonnumquam, cum ne ejus quidem in verba jurare vellemus, ab eo recessimus. — Consilium nostrum expositum habes, lector erudite; quomodo ad singula applicuerimus, e capitibus speciminis loco editis perspicies: utrumque examina, nosque meliora doce, rationibus victricibus cedere semper paratos.

Circa formam editionis externam haec habe. In capitibus Institutionum hoc libro editis eorum, quae in ipsa editione praestare volumus, imaginem quidem effingere conati sumus: nihilominus autem editio ipsa diversa erit in nonnullis; quae primum inde pendent, quod hoc libello pauca tantum capita edidimus, deinde ab alia re, quam mox expositam invenies. Quod ad illud attinet, ope novorum aliquot typorum, v. c. commatis majoris (cujus loco nunc germanicum adhibuimus) et uncinorum diversae magnitudinis, quibus in mathematico genere utuntur, tam contextus quam notae melius distinguentur, quam nunc in paucis capitibus factum est, quorum gratia novae formae excudi nequibant. Notae quoque de capitum generali rubrica, quas in limine lib. I. tit. 10. adscripsi-

---

2) Orthographia latina. Altenb. 1768.

3) Grammatik der lat. Sprache. Berl. 1819.

mus, in ipsarum Institutionum editione primo titulo applicabuntur, cujus loco, cum ipsum nunc non ederemus, jam is substituendus erat, qui primum inter nostros locum occupabat. — Gravius alterum est, de quo nunc paucis disserendum. Notarum, quas praestitimus, copia, licet in omittendis iis, unde parum utilitatis sperabamus, et in iis, quae servanda videbantur, adponendis perpetuo brevitati studeremus, tamen major est, quam quae eodem modo per totum corpus juris continuata, manuali editioni conveniat. Quod malum speramus ita declinatum iri, ut duae editiones simul emittantur, quarum altera integras notas, quales nunc praestitimus, altera earum delectum parcissimum, variantes nonnisi praestantissimas, et loca parallela suppeditet, textus autem utriusque editionis idem sit.

Tubingae m. Februario a. MDCCCXXIII.

# Summa eorum,
## quae hoc libro continentur.

---

I. Totius operis (corporis jur. civ. denuo edendi) conspectus


Pag.

1. Novae editionis consilium - - - 1—3
2. Subsidia
   a) Codices - - - - 3—6
   b) Editiones - - - 6—8
   c) Fontes, fontium derivationes etc. - 8—10
   d) Notae perpetuae vel sparsim editae - 10—22
3. Quanam ratione apparatum suum digesturi atque adornaturi sint editores - - - 12—25
4. Operis totius ambitus atque descriptio externa 25—34

II. Subsidiorum ad Institutionum criticam recensionem et interpretationem spectantium enumeratio et dijudicatio

Sectio I. Ad crisin spectantia

Cap. I. Codices manuscripti

A) Enumeratio et brevis descriptio

§. 1. Codicum accuratius notorum - - 35—66

| | | Pag. |
|---|---|---|
| §. 2. | De aliis quibusdam codicibus - - | 66—69 |
| §. 3. | Generalia de habitu codicum supra enumeratorum | 70—78 |
| | B) Lectionum accuratior dijudicatio | |
| | AA) Introductio et praeparatio | |
| §. 4. | - - - - - | 78—79 |
| | BB) De familiis aliisque cognationibus codicum | |
| §. 5. | Quomodo eas investigarimus, generaliter disseritur - - - - | 79—82 |
| §. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. | Specialia de eodem argumento - - - - | 82—117 |
| | CC) De codicum habitu quoad lectiones cognitu digniores et aperta vitia | |
| §. 15. | De lectionibus cognitu dignioribus - | 117—119 |
| §. 16. | De apertis codicum vitiis - - | 119—121 |
| | C) Codicum in editione adhibendorum delectus | |
| §. 17. 18. 19. | - - - - | 121—138 |
| | Cap. 3. De fontibus Institutionum, versionibus, epitomis etc. | |
| §. 20. | De fontibus eorumque derivationibus - | 138—141 |
| §. 21. | De Institutionum versionibus, epitomis etc. | |
| | I. orientalibus - - - | 141—142 |
| §. 22. | II. occidentalibus | |
| | 1) versionibus - - - | 143—144 |
| §. 23. | 2) ceteris libris | |
| | A) saecularibus - - - | 144—150 |
| §. 24. | B) ecclesiasticis - - | 150—154 |
| | Cap. 3. Editiones | |
| §. 25. | Praemittuntur generalia - - | 155—156 |
| §. 26. | Catalogus editionum, quas examinavimus - | 156—173 |
| §. 27. | Historiae editionum generalia | |
| | Prima periodus - - - | 173—175 |
| | Secunda periodus - - - | 175—177 |
| | Tertia periodus - - - | 178 |
| | Tempus novissimum - - - | 178 |
| | Accuratior expositio | |
| §. 28. 29. | 1) primae periodi - - - | 178—194 |

Pag.

2) secundae periodi

§. 30. a) Chappuissianae editiones - - 194—199
§. 31. b) Haloandrinae editiones - - 200—205
§. 32. c) Russardi curae in Institutiones - 206—208
§. 33. d) Contii editiones - - - 208—210
§. 34. e) Hotomanni editiones - - 211—213
§. 35. f) Ceterae editiones ab a. 1560 usque ad a. 1585 - - - 213—214
§. 36. g) Cujacii editio - - - 214—218
§. 37. 3) tertiae periodi - - - 218—223
§. 38. 4) Bieneri editio - - - 223
§. 39. Quaenam editiones a nobis adhibendae videantur 223—226
§. 40. Conclusio - - - - 226

Sectio II. Ad interpretationem spectantia

§. 41. Introductio - - - - 227
§. 42. De notis Ante-Bononiensibus - - 227—230
§. 43. 44. 45. 46. 47. De notis Bononiensibus Ante-Accursianis - - - - 231—239
§. 48. De Accursii glossa - - - 240—243
§. 49. Interpretationes Post-Accursianae usque ad initium saec. XVI - - - - 243—247
§. 50. Notae circa Accursianas potissimum versantes priorum fere triginta annorum saec. XVI - 247—251
§. 51. 52. 53. Interpretationes recentiores, plerumque ab Accursio immunes - - - 251—265
§. 54. De ceteris interpretationis Institutionum subsidiis 365—268
§. 55. Quaenam subsidiorum in antecedentibus recensitorum a nobis adhibenda videantur, et quomodo 268—272

III. Specimen editionis corp. jur. civ.
Praemittitur explicatio siglarum - 269—276
I. Institutionum Prooemium - - 277—290
II. — — lib. 1. tit. 10. de nuptiis - 290—309
III. — — lib. 2. tit. 25. de codicillis - 310—314

Addenda - - - - 315—336

## Appendix tabularum

Tab. I. Specimen scripturae codicis XC (Taurinensis) lithographum

Tab. Ib. Specimen scripturae codicis XCI (Veronensis) lithographum

Pag.

Tab. II. Specimina lectionum ex omnibus, qui nobis innotuere, codicibus excerptarum - - - - I—XX

Tab. III. Lectiones codicum 13—36 e prioribus 76 XXI—XXXIVI

Tab. IV. Specimen lectionum tab. III. ad singulos codices relatarum - - - - XXXV—XXXV

Tab. V. Ea, quae ex tabula IV. deduximus - XXXVII—LII

Tab. VI. Lectiones scitu digniores - - LIII—LXXIV

# I. Totius operis conspectus.

## 1. Novæ editionis consilium [1]).

Operis suscepti consilium hoc est, ut 1) textus emendatio promoveatur, atque interpretatio quoque tantum lucri capiat, quantum per spatii terminos licebit; 2) ut exemplarium inopia usui vulgari inservientium tollatur.

Quem finem geminum assecuturi redemtor atque editores sedula cura tantum omnis generis subsidiorum colli-

---

1) Utilem fore novam eamque diligenter curatam corporis juris civilis editionem, et ante huius operis prospectum divulgatum et postea saepius, idque a summis viris pronunciatum legisse meminimus. Neque omnino inde abhorret Jordani Parisiensis, infucati juris Romani studiosissimi doctissimique amatoris et propugnatoris in ephemeridibus, quae Themidis nomen habent (Tom. 3. pag. 378), de nostris ceterum viribus nimis benigne sentientis iudicium, „imperfectum illud (corporis juris Justinianei) monumentum potius demoliendum, et ex materia ejusdem pretiosissima novum aedificium ita construendum esse, ut singulorum Ictorum opera a Tribunianismis purgata, singulorumque Imperatorum constitutiones suae integritati redditae seorsim edantur.“ Nam ipsi quoque recte pretiosissima videtur illius collectionis materia, cuius nimirum ope iuris et jurisprudentiae Romanae i. e. omnium, quae hactenus apparuerunt, a summa perfectione minimum distantis pleniorem perfectioremque imaginem, quam quae e ceteris omnibus usquedum inventis juris Romani reliquiis formari potest, nobis fingere possumus. Talis autem operis forma, quoque, licet per se non parum vitiosa, haud negligenda est. Nam etiamsi id insuper habuerimus, quod tamen maximi mo-

gent diligenterque digerent, quantum fieri poterit decem annorum spatio, atque intra annos istos opus suum ita absolvent, ut anni 1830 nundinis auctumnalibus editio in lucem emittatur. Quod vero apparatum attinet strenue subigendum, editio nostra, cum sit manualis futura, praeter textum maximopere emendandum, delectum solummodo complectetur lectionum praestantiorum, addito, ubi opus fuerit, brevi judicio, interpretationis autem gratia fontes locosque parallelos enumerabit, nec non laudationem exhibebit scriptorum illustrantium graviorum cum succincta eo-

---

menti est, corpus juris civilis in ea omnino forma, qua extat, monumentum vere historicum esse, unde per totum medium aevum usque ad nostros dies plurima et maxima circa jurisprudentiam et plerasque alias nostras rationes pendent, imo in plerisque Europae, nonnullis etiam Americae partibus jus Romanum hanc potissimum formam habens ante paucos annos vim legis obtinuisse, in aliquibus hodieque obtinere — etiamsi, inquimus, haec omnia insuper habuerimus, idque tantum spectaverimus, ut pretiosa illa antiquitatis monumenta integerrime restituantur, eorumque verus intellectus optime promoveatur, tamen formam illam haud contemnendam esse dicimus. Quam enim taediosus erit labor, tot criseos subsidia, a nobis diligenter examinanda, in alium plane ordinem, quam quo concepta sunt, redigere, atque inde demum in usus nostros vertere! Quanta deinde incertitudine laborabunt conamina, Tribunianismos, de quibus inter summos Ictos magna contentio semper fuit, semperque erit, detegendi et e contextu eliminandi! Quantis denique subsidiis illa fragmenta recte intelligendi is carebit, cuius oculis subtractum fuerit, quemnam in finem, quonam ordine a Tribuniano excerpta et composita sint! Certe neque in crisi neque in interpretatione horum librorum negligi debent maxima illa ex inscriptionibus et subscriptionibus petenda subsidia; quod autem indicum similiumve operum dudum evulgatorum auxilio optime fiet. — Haec pace doctissimi Jordani, cui circa ipsum, quod paramus, opus gratias haud minimas debemus, dicta sunto.

rum epitome, quae illis insunt ad rem maxime nostram facientia. Postremo apparatum ipsum libro, quem paramus, longe ampliorem fusioremque, ne futuris editoribus intercidat, in bibliotheca aliqua publica asservandum curabimus. [2])

## 2. Subsidia.

Quicunque homines docti subsidia praesto habent operi nostro inservitura, publice rogantur, velint ad editores ista transmittere, vel certiores de eo facere, quonam pacto conamen nostrum adjuvare possint.

Ipsi deinde editores e subsidiis, quorum notitiam vel adepti jam, vel posthac adepturi sunt, optima quaeque et, quod numerum attinet, ea eligent, quibus penitius excutiendis editionisque nostrae rationi accommodandis non virium tantum, sed et temporis concessi modum suppetiturum confidunt.

### a) *Codices.*

Inter ista vero subsidia principem locum codices obtinent, e quibus meliores quidem quoad interna praestantiae signa ad censum venient, potissimumque ii, qui diversarum familiarum esse videbuntur; quapropter codicum, quantum fieri poterit, plurimorum titulos tentaminis gratia conferendos curabimus. Hoc vero quum propter con-

2) Hoc ipso apparatu praeter corporis juris civilis editionem alia quoque rei literariae utilia opera, v. c. eiusmodi, cuius Hommelius (in corp. jur. cum not. variorum) parvum quidem ac valde vitiosum, attamen utilissimum initium publici juris fecit, praeparari multumque adiuvari nemini non patebit. Quam ob causam ill. Savignii consilium et adhortationem, quatenus sine damno eius operis, quod nunc paramus, fieri possit, codicibus legendis apparatum illum a nobis ita instruendum atque adornandum esse, ut alia etiam opera rei literariae publice utilia inde, quantum in nobis erit, optime praeparentur et adiuventur, pro viribus nos sequuturos lubentissime spondemus.

cessi nobis temporis angustias aliasque ob causas fieri nonnunquam haud possit, externa quoque praestantiae signa spectanda erunt, e. g. antiquitas, integritas, cett., quibus codex codici anteponendus est. Quare codices, schola Bononiensi antiquiores, si qui reperti fuerint, nondum, ut liber Flor., collati, erunt quidem utique conferendi, prae ceteris etiam ii, qui inscriptiones et (in Codice Novellisque) subscriptiones solito integriores praestant, Graeci autem contextus partes, quam assolet, uberiores. 3) — Codicum vero *numerus*, quibus per tempus uti licebit, quamquam post facta demum experimenta rite cognosci possit, nihilominus, si quidem ea de re jam nunc statuendum aliquid atque edicendum est, deni singularum partium conferendi nobis videntur. —

Denique cum horum codicum multo magis quam editionum usus autopsiam requirat, omnem operam dabimus, ut quam plurimi Tubingam mittantur, vel, si hoc non licuerit, diligentissime ad usus nostros conferantur.

His ita expositis enixe rogantur fautores horum studiorum intelligentes, velint de iis singularum partium cor-

3) Gaudemus, ab acerrimo philologo, qui totus est in codicibus legendis, eam defendi opinionem, qua moti primas partes collationi speciminis loco faciendae, secundas tantum externae speciei ita, ut nonnisi necessitati cuidam cedentes ea sola contenti simus, tribuimus, dum in literis ad nos humanissime datis ex sua experientia assereret, recentissimos codices haud raro optima servasse. Idque eo magis gaudemus, quum summum eumque φιλολογικωτατον Ictum itidem e literis eius ad nos benignissime datis longe plura externae speciei ita tribuere videamus, ut ex illius opinione omnium Post Accursianorum duo vel tres diligenter scripti, ceterum pro lubitu sumti, suffecturi sint. Quam opinionem, inde omnino pendentem, Bononiae certam, quandam lectionem stabilitam esse, cum iis, quae de magna multorum codicum Post Accursianorum diversitate posthac exposituri sumus, vix ac ne vix quidem conciliari posse, certe nobis placet.

poris jur. civ. codicibus, ad quos aditus iis patet, vel ipsi, vel per Reimerum Berolinensem certiores nos facere. Et quamvis gratum acceptumque habituri simus, si quis, qualicunque re impeditus, quo minus uberiora praestet, brevibus tantum literis nos monuerit, quonam loco asservetur, quidque contineat codex aliquis, in Spangenbergiana introductione [4]) praetermissus: majore tamen is officio nos devinciet, qui nobis diligentius exposuerit, quaenam esse videatur codicis alicujus aetas? scriptio ejus sitne accurata, an negligens? inscriptiones autem et subscriptiones, graeca deinde num habeant integritatem solito majorem? glossaene adjectae sint, et quales? codex possitne Tubingam mitti et quanam ratione? eoque loco, quo codex iste asservatur, aliquis existat, per quem fieri possint collationes speciminis causa instituendae, quibusque conditionibus? denique si codicem loco suo movere permissum non fuerit, num ibi collationem totius libri suscipere quis possit, quibusque conditionibus?

Jam vero, qui de istis rebus scribere ad nos volet, gratissimum nobis faciet, si unius alteriusque tituli collationem literis suis adjecerit, quo maximopere subsidio adjuti haud sine magna veri specie codicum praestantiores eligemus.

Atque istiusmodi collationes ut cum istis rite congruant, quae jam penes nos sunt, locorumque eorundem secundum plures codd. collationem nostram adjuvent, sequentia corporis jur. civ. capita, quantum fieri poterit, codicum illa collatio tractabit, et quidem

ex *Institutionibus* Prooemium et Lib. 1. tit. 10. (de nuptiis);

e *Digesto vetere* L. 12. tit. 5. (de condict. ob turpem caus.) et Lib. 22. tit. 5. (de testibus);

4) E. Spangenberg Einleitung in das Römisch-Justinianische Rechtsbuch. Hannover 1817.

ex *Infortiato* Lib. 26. tit. 7. (de administr. et periculo tut.) l. 34—37; Lib. 29. tit. 2. (de A. v. O. H.) l. 84—fin. locumque totius Infortiati finalem; Lib. 37. tit. 17. (ad Sc. Tertullian.) l. fin.;
e *Digesto novo* Lib. 47. tit. 2. (de furtis) l. 80. usque ad fin.; Lib. 50. tit. 16. (de V. S.) l. 1—30;
e *Codicis* libris 1—9. Lib. 4. tit. 24. (de pigneratitia actione) et Lib. 6. tit. 38. (de V. S.)
e *Volumine* Nov. 99. et Cod. Lib. 10. tit. 1. (de jure fisci) et 2. Feud. 27. (Notabitur simul, pluresne vulgaribus Novellae reperiantur, et quales?);
e *Novellis graecis* Nov. 99. 118.
e *Juliani epitome* capita 92. 109., istis Nov. respondentia.

b) *Editiones.*

Hujus subsidii usus atque tractatio longe severiorem delectum habebit, cum ob grandem editionum numerum, tum aliam ob causam, quam cognitu facilem praestiterunt collationes in Schraderi editione tit. Dig. Lib. XII. Tit. V. etc. (Tub. 1819. 8.) institutae (cfr. p. XIV.). Simulac enim typis exscribi coeperat Corpus juris civ., non poterat non fieri, ut major obtingeret constantia editionibus quam antea codicibus, ac plurima veterum seu genuinarum seu falsarum lectionum vestigia hactenus residua e vulgaribus subito migrarent editionibus. Pluribus itaque vulgarium editionum uti haud erit necesse, sed singulis singularum familiarum, e. g. una omnium editionum B. de Tortis, una Hugonis a Porta, una Gothofrediana, [5]) earumque usus minus emendationem contextus spectabit, quam ut inde appareat, quid singulis aevis eam circa rem moris fuerit, i. e. ut contextus historia inde augeatur.

---

5) Ita generatim et sine accuratiore definitione loquuti sumus, ea tamen intentione, ut, si inter plures eiusdem bibliopolae vel editoris editiones differentiae maioris momenti invenian-

Praestantiorum vero editionum diligentior habebitur ampliorque ratio, sive sistant nobis antiquitatis monumenta, in vulgaribus illarum aetatum editionibus intermissa, sive conjecturas graviores, curam denique ostendant rei typographicae, interpunctionis, indicum etc. impensiorem. Circa haec omnia, potissimum illud primum, opus erit aliarum, recentiorum praesertim, editionum examine simili ei, quo Schrader in dissertationibus jur. civ. (civilist. Abhandlungen) in antiquissimas quasdam editiones pridem inquisivit. Inde cognosci poterit, editio aliqua utrum, inspecto tantum ejus margine, ceteroquin rejicienda sit (e. g. Iselini editiones institutionum, ob lectionum varietatem ex uno quodam codice depromptam), an tractationem diligentiorem requirat a capite ad calcem.[6]) Grandis vero editionum numerus temporisque nostri angustiae quum arctioribus quodammodo istam operam limitibus circumscribant, forma editionis cujusdam alii simillima, nec non mos ille typographorum, qui suas editiones priores sine

tur, ad has omnino attendatur. Semper enim internas omnium subsidiorum dotes longe magis, quam externam eorundem speciem consideramus. Ita cum summo Icto de hoc monente in concordiam rediisse nobis videmur.

6) Quod summus Ictus monuit, vix ullam editionem inveniri, quae, quum codicum lectiones ex ipsis codicibus satis innotescant, nihilominus universa conferri mereatur, in eo consentire cum ipso experientia nostra non patitur. Etenim in infinita fere, quam in codicibus observavimus, lectionum diversitate, quas itaque exhaurire numquam licebit, earum certe editionum, quae codices a nostris diversos exprimunt, vel inter plures lectiones non sine iudicio eligunt, collationem, quae longe facilius et celerius, quam codicis collatio absolvi potest, instituere, et per se multum iuvabit, et hanc quoque ob causam non sine gravi damno deesse poterit, quum crisis librorum iuris sine historia lectionum vix recte procedere possit, haec autem ex editionum inspectione multum proficiat. Nisi autem auxilia criseos cuiuscumque ge-

aliqua mutatione repetere solebant, ejusque generis alia haud raro accuratiori examini supersedere permittent. Verum editio quaedam si aliquam praestantiae speciem habuerit, locus aliquis secundum illam conferendus utique erit, unde editionis natura ipsa penitius cognoscatur.

Iamque editiones, quas vel ipsa Tubinga habet, vel urbis nostrae vicinia, mox examinabuntur. Extraneorum vero auxilio, quo ipso haec quoque suscepti operis pars carere neutiquam potest, ita juvari optamus, ut, qui praesto habet editiones haud prorsus vulgares, titulos earum nobis describat, nec non, si ipsi libuerit, speciem externam, cujus negotii laborem haud ita magnum fore confidimus. Atque inde nobis maxime patebit, editionis alicujus fusiore descriptione quatenus opus sit, qua de re ulteriores ad eundem literas dabimus. Hac via incedere, ne labor irritus consumatur, necessarium videbitur ei, qui vel insigniorum editionum exemplaria non omnino infrequenter inveniri animadverterit.

c) Denique *fontes* (e. gr. Caji institutiones), *fontium derivationes* (e. gr. lex Romana Visigothorum, Ostrogogothorum, Burgundionum), *excerpta e partibus corp. jur. in easque commentationes* (Basilica [7]) cum suis scholiis, Petrus, canonum collectiones, quae jure utuntur Iustinia-

---

neris a capite ad calcem conferantur, nihil certi et explorati de iis habebimus: quare hoc semper, in gravioribus certe, nisi temporis angustiae vetent, praeferemus.

7) Basilicorum collectiones, usquedum mancas, nostro aevo, quo antiquorum librorum indagatio novo ardore instituitur, haud parum auctum, quin fortasse suae integritati restitutum iri, speramus. Praeter symbolam enim e Parisiensi bibliotheca a cl. Pilato Viennensi petitam, quam nunc cel. Heisius tenet, cuiusque usum — nisi antea, quod valde optamus, typis exscripta erit — quae illius in nos summa benevolentia est, cel. possessorem nobis concessurum esse speramus, e bibliothecis Graeciae, dum, expulsis barbaris,

neo), quatenus ad singulas Corp. jur. partes ita accedunt, ut major inde criseos atque interpretationis utilitas exspectari possit, sedulam tractationem desiderabunt. Sed horum subsidiorum usus quum plurium codicum etc. collatione niti per angustias temporis haud possit, vel una editio, vel, ubi liber nondum typis exscriptus est, unus codex adhibebitur, ibique maximopere id spectabitur, ut optimus quisque eligatur. Et quod subsidiorum illorum nondum impressorum codices attinet non sine sumtu parabiles, insigniores tantum in usus nostros vertere licebit, praesertim unam alteramve earum canonum collectionum, quarum enumerationem habet Savignii historia juris medii aevi.

---

earum aditus facilior fiat, imo e codicibus Arabicis multa huc pertinentia petenda esse, nos quidem, idque haud destituti aliorum auctoritate auguramur. Apud Graecos enim iure Basilicorum eo tempore utentes, quo montis Athi bibliothecae aliaeque similes colligebantur (cf. Coup d'oeil sur la legislation, qui gouverne aujourd'hui les Grecs sujets de l'empire ottoman, Thémis Tom. 1. pag. 201 sq.), Basilicorum exemplaria nostris pleniora extare, a veri specie per se minime remotum, literis a doct. Clonare, qui Graeciae suae bibliothecas earumque divitias et accessum usquedum difficilem probe novisse videtur, ad nos benigne datis valde confirmatur. In Muhammedanorum autem iure, dum apud Arabes e Graecia eruditionis suae majorem partem petentes excolebatur, plurima e Romano (absque dubio Basilicorum) jure maxime in iis locis, qui de servis, paternitate, tutela, donationibus, testamentis agunt recepta esse, Muhammedanici iuris diligens, ut videtur, scrutator (Thémis Tom. 2 pag. 293 sq., praesertim 310) testatur. Quidni itaque e Muhammedanorum, ut ita dicam, Pandectis, Multeka dictis, quas in plurimis suis partibus Justinianei iuris versionem esse idem auctor testatur, Basilica restituamus, ut ex aliis Arabum operibus philosophia et mathesis Graecorum plenius uberiusque innotuit? — Quae nova auxilia, si nobis ante editionem nostram absolutam pervia fiant, iis quoque cum Basilicis usquedum notis uti haud negligemus.

Jamque his expositis homines docti 1) nos certiores facient de fontibus ceterisque modo recensitis subsidiis, vel prorsus incognitis vel minus curatis, qui plures esse possunt, cum e. g. nulladum sit corporis juris civ. editio, in qua ceu fons locos ipsi respondentes illustret tabula Heracleensis; 2) de codicibus istiusmodi subsidiorum nondum impressorum, forsan parabilioribus quam ii, qui solam per Italiam Galliamque asservati in Savignii historia juris enumerantur.

d) *Notae perpetuae vel sparsim editae* circa interpretationem et crisin versari solent. Ex illis accurate inspicientur praestantiores aevisque recentioribus minus curatae, e. g. Basilicorum scholia, quibus demum Hauboldus aditum faciliorem, Mühlenbruchius vero, saepe ac feliciter usus, novum honorem paravit; glossa Accursii atque Odofredi, aliaque glossatorum scripta typis excusa.[8]) Sedula vero indagatione dignae sunt notae sparsim editae, eximiis saepe et acuminis et doctrinae luminibus se probantes, quem in finem diligenter quidem examinabuntur collectiones Delrii, Hommelii, Smallenburgii, Glückii commentarius in pandectas, Hauboldi manuale aliaque scripta; sed multis ista locis supplenda videntur, cui negotio praeter ea, quae penes editores sunt, aliorum subsidia anecdota accessura speramus, quo ex genere cum alia, haud spernenda, vel emtionis jure, vel amici cujusdam docti dono humanissimo teneamus, aliorum vero parandorum spem excitaverit amici alius benevolentia, publice optamus rogamusque,

---

8) Inter Ante-Accursianas typisque nondum exscriptas glossas si tales invenerimus, quae inspici examinarique mereantur, praesertim eae, unde saepius variantes lectiones innotescunt, illas quidem minime negligemus. Inter glossas vero antiquiores extare eiusmodi, quae ad crisin instituendam multum conferant (quales nos nondum vidimus), ab ill. Cramero primum didicimus.

quicunque talia subsidia praesto habet seu majora seu minora, is ad nos ista transmittere nolit dedignari. [9])

Sed in magna scriptorum copia, quibus certae quaedam corp. jur. partes tractantur, haud levis momenti videtur justus eorum delectus, quorum usum opus nostrum requirit. Jamque de omnibus istis libris, cum nondum inter homines harum literarum studiosos firmum rectumque judicium constet, optima quaeque electuri editores collationibus tentaminis causa instituendis saepenumero indigebunt, ex aliorum etiam hominum doctorum judicio circa hunc vel illum scriptorem nobiscum communicando multum lucraturi, cum ad suum judicium emendandum, tum ad moram evitandam, denique ad sumtus declinandos, quos alienorum a nobis explorandorum librorum transmissio allatura videtur.

Alia autem res cum multum nos adjutura sit, librorum scilicet praestantiorum rariorumque transmissio, quam bibliothecarum nostrarum ratio haud raro efflagitabit, ejusmodi operum dominos, qui commodare ista nobis non recusabunt, rogamus invitamusque, velint ea de re literas ad nos dare, fidemque nostram interponimus, libris istis tam caute nos usuros, ut detrimenti nil capiant, transmissionis vero remissionisque sumtus probe suppeditaturos. Emendationes quoque typis nondum exscriptas, adnotationes etc. qui nobis committere voluerit, optatissimum gratissimumque nobis faciet, quas nonnisi auctoris nomine apposito evulgatum iri spondemus. Denique, quod ea attinet, quae sub literis a)

9) Huc potissimum b. Beseke collectiones pertinuisse videntur; quas, quum post eius mortem Seidenstickeri fierent, nunc, post huius quoque obitum, cel. Heisius, nostris precibus cedens, inter eius schedas diligentissime, at frustra, quaesivit. — Neque melius cessit inquisitio a cl. Ern. Spangenbergio, nobis petentibus, Lipsiae facta in Wateri cum Fritschio bibliopola Lipsiensi circa a. 1720 communicatas collectiones (cf. Gebaueri narration. de Brencmanno §. 12.)

b) c) exposuimus, ab iis operis suscepti patronis maxime juvabimur, qui primo quoque tempore subsidia sua ad nos miserint, et quidem in usum praecipue Institutionum, quibus prima edentium opera impendenda erit.

## 3. Qua ratione apparatum suum digesturi atque adornaturi sint editores.

Principem locum tenet congestio, secundum electio atque usus.

a) Congestioni Clossius praeerit, qui sociis negotii adjutus libros manu typisve exaratos, atque Tubingae vel asservatos vel eo mittendos conferendo, alia deinde scripta, in quibus subsidia graviora, sparsim obvia, latere videntur, excutiendo atque enotando, ea omnia cum iis, quae aliunde missa fuerint, ita congesturus compositurusque est, ut opus ipsum aggrediens editorum primus uno quasi intuitu singula comprehendat. Hic deinde, quaecunque adminicula subtiliora crisis consequitur e fontibus, derivationibus, conjecturis (in ipsa demum editionis adornatione rite ventilanda), nec non, quae ad interpretationem spectant, e libris ipsis hauriet, quantum per operis suscepti rationem fieri poterit, apparatui inseret, editionum vero eas, quae minora quoque singulari cura tractant, inprimis Haloandrinam nunquam non inspiciet, atque, ubi res ita fert, codices omnes editionesque hic exstantes, excerpta denique ex iis, quae ad nos mitti haud permissum fuerit.

b) Apparatus vero ipsa digestio atque adornatio hanc potissimum rationem sequetur:

α) Princeps editorum cura circa textus emendationem versabitur, atque ita quidem, ut nec subtiliora negligantur, e. g. interpunctio, deinde typorum ad singula distinguenda varietas, et quae sunt ejus generis. Cui negotio intenti cum certi alicujus codicis editionisve usum servilem evitabimus, tum criticam temeritatem, eam fere rationem secuturi, quam Schraderi ostendit editio duorum titulorum Dig. (Tub. 1819),

ad quem librum ejusque praefamen lectores nostros ablegandos censemus.

Sed in his potissimum aliam viam ingrediemur. Operis nostri consilium quum non singulorum spectet titulorum editionem, sed universi corp. jur. civilis, quod in foro etiam aliisque civilibus negotiis gerendis adhibetur, primum majori etiam cautela examinabitur quaevis conjectura mera lectiove rarius obvia, raroque nec aliter recipietur, nisi firmata sit rationibus gravissimi momenti [10]); deinde quum in universi operis complexu particulae quoque occurrant non glossatae, quarum distinctio et historiam et usum

---

10) De hoc loco duo Icti atque philologus sententiam dixerunt. Ictorum alter, coniecturis ingeniosis in Caii institutiones aliaque simul reperta Ictorum fragmenta celeberrimus, principia a nobis exposita approbavit; alter, doctissimarum ingeniosissimarumque coniecturarum in singulas fere corporis iuris civilis partes multasque alias antiquitatis reliquias prae omnibus Ictis multisque philologis uberrimum caput, dubitat, anne e corporis iuris contextu omnes omnino coniecturae propter nimiam earum quoque, quae certissimae videbantur, incertitudinem removendae sint. Philologus autem celeberrimus monet, quia in omnibus, etiam antiquissimis optimaeque notae codicibus vitia inveniantur, ne timidiusculi circa coniecturas simus. Nobis media via, quam supra monstravimus, tenenda videtur. Ut enim in legum libris, qui diligentius aliis scripti esse solent, edendis tantum coniecturis tribuere, quantum in aliis aevi antiqui reliquiis, temeritatis esset: ita contra, quum tamen vitia in nostros etiam codices irrepserint, conjecturis aliquis certe locus esse debet; et quamvis nullam coniecturam supra omnem dubitationem evehi posse probe sciamus, nihilominus ista nobis persuasio nunquam non stabit, quippe quum earum etiam lectionum, quae vel codicum manuscriptorum vel alius generis auctoritate nituntur, nulla prorsus certa sit, et in hoc genere, ut in plerisque rebus humanis, nihil praeter veri speciem haberi queat.

juvare videtur, signo aliquo istae particulae distinguentur, et quidem sequenti, cujus intellectus facillimus erit: *n. g.* [11]). Denique interpunctio codicum aliquorum auctoritate ita quoque emendabitur, ut, si vocis alicujus sive cum praecedenti sive cum insequenti connexio non satis liqueat, majore id intervallo significetur.

*β*) Textui substernentur adnotationes cum criticae tum exegeticae. In quibus suppeditandis, quum editionem manualem promittamus, cujusvis generis abundantia diligentissime vitabitur. Quare lectionum, quibus criticae omnino nituntur adnotationes, nonnisi graviorum delectus admittetur, idemque, quum librum majoris voluminis paremus, multo severior etiam illo, quem habet annotationum pars

11) Ubi dubium est, fueritne locus aliquis glossatus necne, breviter id sed accurate significabitur. Quod vel nulla accedente admonitione haud neglecturi, iam, quum duo acutissimi Icti de eo nobis scripserint, eo minus insuper habebimus. — Quod autem alius summus Ictus dubitavit, anne notam „n. g." plane omitti praestet, quum reiici debeat decantatum illud pragmaticorum fere ultimi tantum saeculi „quicquid non agnoscat glossa, id nec curiam agnoscere", in eo consentire cum viro illo nequimus. Quaelibet enim sit istius proverbii ratio (cui tamen haud levia argumenta patrocinari videntur), editorum corporis iuris civilis non esse videtur, hanc litem suam facere, quorum potius id negotii erit, ut corpus iuris, quantum fieri possit, emendatissimum optimisque subsidiis auctum edant; inter haec autem subsidia signum „n. g." haud ultimum locum occupare videtur, quippe omnibus iis, i. e. haud paucis, qui proverbium illud approbant, grata atque accepta, quin iis quoque utilis, quibus cordi est iuris Romani per medium aevum historia, inde haud parum pendens, quaenam corporis iuris partes, quippe non glossatae, e communi usu recesserint. Nihil quoque, quantum nos quidem videmus, nocebit nota illa, ab iis, quibus ob neutram causam placebit, facile negligenda; neque (si quando sententia proverbio illi inimica victoriam reportabit) impediet, quomi-

superior in Schraderi editione duorum titulorum Dig. Lectionum vero selectiorum singulae quanam librorum auctoritate nitantur, signis id brevioribus quidem, satis tamen perspicuis nunquam non docebitur.

Iamque de uniuscujusdam lectionis inter notas admissione quamquam leges certae atque ad omnia valiturae dari vix posse videantur, nihilominus ea de re jamnunc ita praefandum censemus. Ad stabiliendam orthographiam leges ipsi nobis praescribemus aliquas generales (secundum melioris fere aevi rationem, non pejoris, ex quo vel antiquissimi, quos habemus, codices originem traxere, quare e. gr. non Gajus scribetur, sed Cajus, et quae sunt istius generis). Breviter ea res in praefamine exponetur, atque ita, ut in opus ipsum ejusmodi varietas lectionis haud admittatur. Quod vero alias res attinet, quae isto expediri modo non possunt, singularum corp. jur. civ. partium unam aliquam editionem praestantiorem usuque receptam editores eligent (e. gr. Cujacio-Köhlerianam Institutionum, Florentino-Spangenbergianam Pandectarum), atque ita tenebunt, ut, ubi discedendum ab illa sit, nunquam non significetur, addita dissensus auctoritate atque ratione; unde eveniet, ut aedificium exstruamus fundamentis suis rite innitens, lectoribus vero accurate judicandi de opere novo facultatem atque copiam subministremus. Interpunctionis vero nondum omnino, ut par est, stabilitae varietatem omnem duce aliqua editione enotare, per spatii angustias haud licebit. Graviora sufficient. Postremo quaenam aliae lectiones variantes adjiciendae sint, suo semper loco ponderaturi, id tantum cavebimus, ne quid omittatur, quo vel sensus vel linguae cognitio multum juvari videtur, dicendi vero eam brevitatem sectabimur, quam spatii quoque angustiae efflagitant.

---

nus a pragmaticis, plus quam iustum est, quae corpori iuris insunt, insuper habere solitis, tunc omnino negligatur.

Lectionum variantium selectui proxime succedent notae criticae, quarum id negotium erit, ut lectiones receptas defendant, de reliquis autem judicium ferant. Circa eam rem ne quid erroris admittant editores, id potissimum agent, ut, quae uni alterive lectioni patrocinentur, ea penitus perspiciant, studium calamumque, quantum licebit, copulaturi, cujus in ea re magnus esse usus solet. Verum eam rationem haud sequentur nisi in conscribendis chartis illis, quae ad praeparandum librum ipsum adhibitae cum apparatu critico publice postmodum asservabuntur. Editio ipsa, quo fiat manualis, nonnisi succinctam eorum epitomen admittet, quae maximi momenti videbuntur, notisque ipsis tum supersedebit, cum per se patuerit, quare lectio lectioni praestet; sin secus fuerit, ordo et consequentia, qua lectiones variantes collocabuntur, progressum earum indigitantes, saepe eligendi rationes monstrabunt; ea vero, quae hac ratione expediri non possunt, singulis vocibus significabimus; denique gravissima atque impeditissima plenius exponemus. [12])

*Interpretationem* autem quod attinet, editores citando potissimum eam lectoribus facultatem copiamque facient, ut in unoquoque loco rite intelligant, tum quanam ratione cum juribus rebusque aliis seu anterioribus seu aequalibus cohaereat, tum quaenam inter ipsum totiusque operis contextum ratio intercedat. Eamque operam locorum parallelorum allegatio praestabit ita instituenda, ut non (Glossae more) ex solo fere corpore jur. civ. petantur, sed ex omnibus et juridicae et non juridicae antiquitatis monumentis iis, quae quidem non solum rei cuidam tractandae, sed

etiam

---

12) Quo brevius haec omnia expediantur, a nonnullis moniti, abbreviationes eiusmodi, qualibus Griesbachius in novi testamenti editione sua usus est, at cautius illo rariusque, ne cum perspicuitatis damno breves fiamus, adhibebimus, earumque significationem in fronte libri accurate exponemus.

etiam dicendi generi lucem affundere videbuntur. Quam ob causam in locorum parallelorum numerum referenda censemus

1) ea, quae caput, de quo agitur, quoquo modo illustrare videntur;
   a) fontes, si qui restant;
   b) eos locos, qui rem propositam vel nude mereque repetunt, vel fusius ampliusque praestant, vel cum alius generis rebus conjungunt;
   c) eos locos, e quibus compositis collatisque apparebit, quae fuerit materies, consilium, ordo atque ratio totius operis, unde caput nostrum emanavit;
2) ea, quae materiem inprimis illustrant, ubi ad censum veniet
   a) id, quod locus noster spectat, atque ita quidem, ut si v. c. scriptoris cujusdam verba citantur, accuratius significetur, quonam ista loco inveniantur;
   b) sin hic inveniri monstrarique non potuerit, ea scriptorum antiquorum capita citentur, ubi illud ipsum, quod spectatur, diligentius fusiusque exponitur, v. c. si vel ad jus aliquod vel facti speciem respicitur, Caji citetur locus, qui juris illud praeceptum, vel alius Pandectarum locus, qui eandem facti speciem accuratius exposuit;
   c) alios locos idem spectantes, qui singuli, per se forsan non minus obscuri eo loco, de quo agitur, tamen si inter se et cum isto collati fuerint, lucem ei afferre poterunt, quo pertinent ex eodem principio petitae argumentationes, loci deinde, qui sibi vel revera contrarii sunt vel videntur, ejusque generis alia;
3) quod dictionem attinet, eos locos, qui vocis alicujus vel structurae difficilius adhibitae usum habent dilucidum, ideoque loci alius difficilioris intelligentiae commodi sunt atque idonei.

Jamque in omnibus istis brevitati studendum esse, nos quidem haudquaquam latet. Verum illi anxie studere cir-

ca num. 1. a. b., 2. a. b. minus opus erit, quum, quae istis locis memorata sunt, breviter expediri posse appareat. Succinctius reliqua tradere studebimus, atque ita quidem, ut quae pluribus locis sibi respondentibus repetenda videntur, ea nonnisi uno loco ponantur, ad quem locorum reliquorum lectores ablegabuntur. Quae vero postmodum a nobis (1. c.) memorata sunt, quum potius altiorem spectent scriptoris uniuscujusque indaginem, quam singulas ab editoribus tollendas difficultates, extentque ad illum usum confecti indices omnibus noti: ea nonnisi tum editio nostra exponet, cum difficultas aliqua hoc remedio tolli poterit, neque vero enumerando locos omnes, e quibus istud consequitur, sed breviter indigitando, quid sit, quod inde lucremur, ablegandoque ad indices istos. Eandem parsimoniam requirent ea, quae dicta sunt paulo inferius (2. c.); plenior enim fusiorque nonnisi tum admittetur illustratio, quum spem ostenderit tollendarum difficultatum singularium; quodsi secus fuerit, unus et alter locus citabitur insignis, cett.; postremo quod attinet genus dicendi (3), difficiliora tantum atque ita fere dilucidabuntur, ut et adjiciatur vox aliqua sensui commoda, et mentio accedat fusioris in istam rem alicubi inquisitionis, repudiata multorum similium locorum allegatione.

Verum in magna ista rerum verborumque copia atque varietate justam cum brevitate perspicuitatem assecuturis certa quaedam signa nobis eligenda videntur, v. c. F. (fons), P. S. (locus parallelus quoad sensum), P. V. (locus parallelus quoad verba), cett., quorum rectus et selectus et usus in ipso demum labore accuratius perspicietur. Signorum vero istorum in praefamine [13]) accurate

13) Idque, a docto et accuratissimam librorum fatorumque, quae experti sunt, cognitionem habente viro moniti, ne notarum expositio plerosque lectores lateat, in folio dabimus a reliqua praefatione distincto.

exponendorum bonitas versabitur circa accurationem, constantiam, perspicuitatem.

Ipsa deinde illustrandi perspicuitas multum ita juvabitur, ut, quid loci paralleli contineant modo dicti, breviter monstretur. Qua cura tum supersedere haud poterimus, cum dubium fuerit, quid sibi velint isti loci; eamque adhibere par quoque erit, ubi citata non ad manum lectoribus fore videbuntur. Sin secus fuerit, mera sufficiet allegatio.

Locorum vero corporis jur. civ. citatorum numeros tantummodo (quod scribendi compendium libri nostri angustiae efflagitant) transscribemus, eumque ordinem in ista re tenebimus, qui juris quoque imperitis perspicuus esse possit. [14])

---

14) Lubentius in locis corp. jur. civ. laudandis praeter numeros etiam titulorum inscriptiones adhiberemus, quem citandi modum in nostris libellis sequuti sumus. At in hoc libro, quum spatio summopere parcendum sit, vix ac ne vix quidem aliter fieri poterit, quam ut ab illo more recedamus. Quem si hic quoque sequeremur, illi spatio, quo ad locos parallelos indigebimus, aliud spatium altero tanto parum minus addendum esset. — Compara v. c. D. 5, 2. l. 5. §. 1. cum l. 5. §. 1. D. d inoff. testam. (5, 2). — Quum autem, potissimum in corporis iuris editione, facillimam locos citatos evolvendi copiam praebente, commoda titulorum adiectioni adhaerentia illam spatii iacturam minime compensare videantur, non habemus, quomodo in hac re monitis summi Icti, a cuius sententia recedere in plerisque nefas ducimus, obtemperare queamus.

Alius doctissimus Ictus de ordine, quem in citandis illis locis observandum duximus, monuit, eum, quem plerique post Accursium Icti adhibent — v. c. l. 5 §. 2. D. d. inoffic. test. (5, 2) —, illi, quem Accursius et nostri aevi nonnulli Icti, inter quos et nos sumus, sequuntur — v. c. D. 5, 2 (de inoff. test.) l. 5. §. 2 —, proximeque accedenti ad eum, qui in aliis libris

Singulorum titulorum initio citabuntur quoque tituli respondentes e reliquo jure seu Justinianeo seu Antejustinianeo, deinde, quo magis adjuvetur [15]) usus mutuus gravissimorum librorum Justinianeorum, Pandectarum Codicisque, inscriptioni alterius collectionis columnari alterius numeri uncinis inclusi adjicientur.

His omnibus ita expositis, quae summam operis suscepti comprehendere nobis quidem videntur, num alia

---

laudandis hodie frequentatur, praeferendum existimans. Eum autem ordinem quum ab Ictis nostris facillime intelligi, neque confusionem erroresque inde nasci longa experientia edocti simus, ipseque rei naturae longe melius quam contrarius convenire videatur, magnaque Accursii auctoritate nitatur, eo minus deserendum duximus, quo certius nobis stat, editionem corporis juris ita instruendam esse, ut nec philologi nec historici ab hoc thesauro accurate evolvendo deterreantur.

15) Ne epitomas (Summas dicunt), quales Bartolus et alii fecerunt, expurgatas nimirum et reformatas, adiicere omitteremus, ab eruditissimo et sagacissimo Icto moniti sumus. Nos autem idem sine spatii dispendio praestitum iri speramus, cum exemplum ill. Crameri, quo iam Schrader in edendis duobus Pandectarum titulis (Tubing. 1819) usus est, sequentes, verba cuiusvis capitis principalia, quibus summa eius exprimitur, majoribus typis exscribi curaverimus (cf. illius editionis praefat. pag. V., ad quam supra provocavimus).

Cum eo autem quomodo sine obscuritate ille mos multarum editionum coniungi possit, cuiusvis capitis (legem dicunt) verba initialia maioribus typis scribendi, non intelligimus; neque huius moris ab eodem Icto, qui summas capitum adiici voluit, laudati utilitatem perspicimus, quum verba initialia, licet literis ordinariis exscripta, propter spatium, quod inter duo capita vacuum relinqui solet, satis distincte in oculos incurrant, ut veterum allegationes, quae istis verbis fieri solent, ita facile inveniantur, quatenus id absque indicum ope fieri poterit.

insuper accedere debeant, nonnulli rogabunt. Desiderabunt lectorum alii in singula capita inquisitionem, sintne hodienum in usu, et quanam ratione? Judicari vero alii volent de juribus singulis, an cum ratione conveniant? Sed ita in infinitum abibimus. Priori enim desiderio (siquidem indulgere lubet) ita tantummodo indulgeri posse videtur, ut brevissima adhibita allegatione signoque tantum „cfr.“ citentur corporis jur. civ. capita recentiora, quibus antiquiora abrogantur. Neque vero abrogationem ipsam disertis verbis notabimus, idque eam causam, ne ad omittendam lectionem antiquiorum jurium etiamnunc gravissimam lectorum multi inducantur.

Jamque eorum pars, de quibus hic noster sermo habetur, e diligenti auctorum illustrantium studio petenda est. — Verum isti — jubentibus libri nostri angustiis — non aliter citari possunt, nisi quum vel symbolae aliorum typis nondum mandatae in usus nostros vertendae videbuntur (adhibitis nominum literis initialibus, quorum significationem praeloquium suppeditabit), vel ubi scripta aliis quoque nota eam naturam prae se ferunt, ut rem aliquam aut altius indagando defendant, diligentiusque illustrent, aut contrariam de illa sententiam strenue defensam proponant. Jamque alia, quae circa eam rem desiderari posse videntur, praefatio nostra ad contrahendas concidendasque citationum perpetuarum ambages ita praestabit, ut alia quoque scripta nobis inservisse grata testificetur, titulosque eorum apponat. [16])

---

16) Acutissimus atque historiae iuris literariae apprime gnarus Jureconsultus omnes exegeticas notas omittendas monuit, ne, quod in Accursianis et Gothofredianis notis accidit, nostrae quoque notae, in ipsius quodammodo contextus locum ab ignavis lectoribus substitutae, huic ipsi diligenter excutiendo damnum ingerant. Idem vero postea, accuratius ponderato, cuiusnam generis notas adspersuri simus, his quidem refragaturum negavit, nosque istiusmodi notas a multis lectoribus

Sed in omnibus istis adnotationibus primae partes criseos erunt, et sic quidem, ut, si tempus pecuniaeque

---

omnium maxime exoptatas minime omittemus, quum persuasissimum habeamus, nostro aevo, quo corpus juris civilis novarum legum multitudine indies magis magisque ex ipso foro recedere, potiusque in scholis regnare coepit, nullo modo fieri posse ut ullis editioni additis annotationibus ea auctoritas concilietur, quae ipsius corporis juris auctoritatem imminuat.

Ad id autem, quod alius doctissimus Ictus interrogavit, cuiusnam generis lectoribus exegeticae notae scribendae videantur, parum abest quin — quamvis absonum videatur — omnis generis lectoribus illas scriptum iri respondeamus. Ea enim est locorum parallelorum, quibus tantum non unice utemur, indoles, ut et doctissimorum et indoctorum lectorum singuli ex eorum usu utilissima sibi haurire possint. Quum autem ratio in eligendis tractandisque locis parallelis tenenda pro diversis lectorum generibus diversa esse debeat, accuratiore quadam definitione opus est; quam, quum iis, qui vel sermonis vel juris Romani elementa nondum didicerunt, fere infinita scribenda essent, quae, aliunde petenda, manualis editio minime capiet, ita proponendam censemus, ut iis, quibus illa nota sunt, et sic quidem scripturos nos polliceamur, ut nec magnam legentium doctrinam exspectemus, et ii quoque, qui in alterutro genere manci sint, partem certe eorum, quae afferentur, intelligere possint.

Desideravit vir, antea inter iuris antiquissimi gnaros, nunc inter pragmaticos merito laudatissimus, ut, quum inter Ictos quas dicunt auctoritates non sine jure plurimum valeant, saepius explicationum in notis exponendarum auctores citentur. Quum autem nobis propositum sit, librum unum alterumve eorum, qui fusius et accuratius, quae nos afferemus, exposuerunt, itemque eos scriptores, qui contrariam aliquam sententiam scite tuiti sunt, singulis locis nominare: sic desiderio auctoritatum Ictis praesertim pragmaticis innato minimeque reiiciendo, quatenus per spatii angustias fieri licebit, satis factum iri videtur; neque hisce praeterea, quid sine graviorum iactura adiici possit, intelligimus.

modus crisi atque illustrationi non suffecerit, illustratio potius quam crisis eam contractionem concisionemque experiatur, qua ea tantum praestentur, quae ad manum atque necessaria sunt.

Ordo autem is erit, ut primo fere loco lectiones ponantur, defensio critica succedat, ea, quae illustrationi inserviunt, finem faciant. Sed firma constansque circa eam rem regula proponi posse vix videtur, quum alius nonnunquam ordo perspicuitatem et brevitatem multo magis juvare possit, v. c. ubi fons aliquis (qui est inter primaria interpretationis subsidia) graviores simul lectiones suppeditat. Quam ob causam criticas exegeticasque adnotationes duabus sectionibus discriminatas textui substernere, minus (quantum nos quidem videmus) conveniet, quum, ni hoc tenuerimus, repetitiones prolixae spatiosaeque, nec non mutuae incommodaeque ablegationes saepenumero vitari posse haud videantur. Accedit, quod ipsâ adeo forma operis nostri externa lectores nolumus ad omittendas notas criticas induci.

---

In ipsa deinde contextus adnotationumque adornatione, quantum fieri poterit, ea, quae supra exposuimus, plene consecuturi hanc operis suscepti rationem tenebimus. Toti negotio praesidet Schrader. Quo aliquem circa titulum occupato, eundem Tafel, studia sua philologica juridicis, ut par est, applicans, diligenter perleget, et quidquid ipsi dignum observatu visum fuerit, cum illo ita communicabit, ut jam colloquio istud submittatur. Quas deinde Schrader difficultates philologicas conspexerit, de iisdem cum Tafelio aget, qui, ubi quid bene expositum occurrerit, indigitabit, vel, simulac opus fuerit, singulares disquisitiones instituet. Similiter cum Clossio deliberabitur, quantum licebit per ejus laborem praeparatorium. Jam quae inde effici Schrader persuasum habuerit (penes quem extremum judicium esse totius operis constantia requirit),

ea textui inseret atque adnotationibus; eadem deinde ad utrumque negotii socium cum reliquis, quae ad opus praeparandum faciunt, accurate examinanda mittet, quo facto — ultimum et ibi calculum daturus — denuo emendabit.

Jam vero quum id convenerit nobis cum redemtore, ut liber noster tum demum typis mandetur, cum operas typographicas haud interruptum iri prospectum fuerit: [17]) licebit inde, quae dudum perscripta sunt, emendare, habita eorum ratione, quae serius elaborata sunt. Atque ea emendatio nunquam omittetur. Verum, ne sequentibus partibus justum detrahatur atque necessarium tempus, ista emendatio non ita instituetur, ut novus plane liber evadat. Atque eam ipsam ob causam summopere optamus rogamusque, nolit aliquis, illa ratione motus, tardius ad nos mittere, quidquid subsidiorum habet, quibus opus a nobis susceptum juvari posse videatur. — Rei deinde typographicae curam diligentem redemtor impendet instituendis idoneis typothetis et correctoribus; verum et editores suam circa istud operam subsidiariam pollicentur, cum Tubingae liber imprimendus sit, ideoque facilius typothetae et correctores, ubi opus fuerit, edoceri possint. Schrader denique, et, quantum licebit, socii quoque unamquamque plagulam prelo subjiciendam diligenter perlegent, ut contextui inprimis quam maxima paretur accuratio.

Verum et hanc circa rem aliorum nobis optatissimum eveniet adminiculum, ita fere instituendum, ut significare nobis velint benevoli lectores, quid sentiant de singulis iis, quae modo exposuimus; eandem deinde operam praestent judicando de plagulis istis singulis, quae eum ipsum

17) Hoc autem non impedit, quominus Institutiones vel aliae partes corporis iuris, quas seorsim edi utile esse poterit, ante libri totius editionem divulgentur: qua ratione ducti Institutiones, haud paucorum desiderio obsequuturi, brevi edi posse speramus.

in finem tentaminis gratia impressae in publicam lucem emittentur. [18]) Postremo, qui magis etiam de opere nostro mereri volunt, integras partes elaboratas mitti ad se concedent, adnotationes adspersuri perpetuas, vel, adjuturi typographicam contextus castigationem, plagulas legent plumbo mandatas preloque jam subjiciendas. — Sed utrumque illud, quod ultimo loco exposuimus, ita tantum tentari posse apparet, ut satis tute fiat commodeque, ac timor absit, ne v. c. partes istae elaboratae in itinere intercidant, plagulaeve transmissae locorum distantia ipsam preli operam morentur. — Atque hujus quoque generis adminicula nobis praestita grati venerabimur.

## 4. Operis totius ambitus atque descriptio externa.

Secundum ea, quae supra promisimus, principes corporis jur. civ. partes, Institutiones, Pandectae, Codex ac Novellae adornabantur, et sic quidem, ut, quaecunque inter partes istas referenda esse verisimile fuerit, recipiantur, etiamsi vel per aliquantum temporis vel semper (quod evenire forsan poterit, si liber codicis manuscriptus, Veronae asservatus, multum frugis praestiterit) extra usum vulgarem versata fuerint. [19]) Verum ejusmodi partes nunquam non ita recipientur, ut signum adjiciatur „n. g.“ (non gloss.). Locorum deinde originitus graecorum contextus graecus versioque latina praestabitur. Atque ubi versio existit usu sic recepta, ut disciplinae nostrae

18) In hoc libello.

19) Constitutiones vel alia capita vitiose (quod non sine exemplo est) restituta, monente ill. Cramero, e contextu eliminabuntur. Sin haec capita jam in vulgatis editionibus frequentabantur, ne quid desideretur, inter contextum notasque repetentur; de iis autem, quae rarius obviae erant, lector in notis monebitur.

historiam juvare, vel auctoritatem judicialem habere videatur, ea erit eligenda, [20]) eidemque, cui ceterae partes, crisi submittenda, quod non circa Novellas tantum valebit, sed et circa Modestini locos de excusationibus in Pandectis obvios, aliasque corp. jur. civ. partes, in quibus similia occurrere conspexerimus. Locorum vero graecorum recentiore aevo repertorum, quorum versionem Gothofredianae demum editiones divulgarunt, novam praestabit versionem ita conficere, ut superiorum verss. nulli serviliter obtemperetur. Talis autem versio ne ipsa quoque pro vulgata habeatur, signum adjicietur „n" (nova versio). [21]) Jamque si vetus quoque versio mala fuerit, novam illi substituere opus haud erit, quum singulae contextui ac versioni inservientes adnotationes incommoda ista (si quae versio parat vetus) satis meliusque forsan remoturae videantur.

---

20) Quid facturi simus, si duae existant antiquae versiones, interrogavit vir aliquis doctus. Utramque dabimus, atque eam quidem, quae maxime frequentabatur, in contextu, alteram in loco inter contextum et notas intermedio.

21) Anne praestabit, quod vir summus nobis scripsit, e Contii, Hotomanni, Pacii, Leunclavii versionibus eam, quae optima videbitur, eligere? Quum autem nulla harum versionum legis auctoritatem nacta sit, nihil, quantum nos quidem videmus, impediet, quominus si quando nulla earum satis accurate graecum exprimere videatur, unam alteramve diligenter emendemus, vel etiam plane novam faciamus, dummodo hoc ipsum (quod numquam non curabimus) caute et ita fiat, ut ne rerum tantummodo novarum studio a priori quadam versione recedamus. Ei versioni, quam recepturi sumus, auctoris nomine addito, adiectoque, ubi ab ea hic ibi recedendum duxerimus, signo *m* (= mutata), insuper forsan accedente (inter contextum et notas) brevi notatione diversitatum inter versionem a Gothofredo divulgatam et eam, quam nos probaverimus, intercedentium, quicquid jure desiderari poterit, a nobis praestitum fore confidimus.

Novellas quod attinet, repetenda sunt Graeca, versio vulgata, Juliani epitome. Nam et haec, quum usum aevo medio maxime vulgarem habuerit, regulâ, quae paulo infra exponetur, comprehenditur, Julianique nova corporis jur. civ. editione repetendi divulgatio non tantum boni hujus libri lectionem juvabit, sed id quoque praestabit, ut studium refocilletur juris romani recentissimi, quum immensam contextus aut versionis vulgatae molem lectores in ipso introitu subire non amplius cogantur. [22])

---

22) Julianum adiici duo approbarunt, duo alii dissuaserunt. Nobis priorum sententia magis arridet. Quodsi enim vir aliquis summus scripsit, Juliani epitomas a nostro proposito alienas esse, neque, quum alio ordine singula earundem capita sese excipiant, quam quo singulae Novellae referendae erunt, editionem, quam nos paremus, iustam Juliani imaginem relaturam esse: prius illud, pace viri, nobis secus videtur, posterius vero non impediet, quominus in eo quoque opere, quod nos paramus, utiliter locum occupet. Quum enim per plura saecula in occidente Juliani potissimum epitomis pro Novellis Justinianeis usi sint, illa ab opere ius complectente, quod in occidente pro communi habebatur, alienae esse nequeunt. Omnino huc, non ut principalis, sed, quia ante plura saecula ex usu communi recesserant, tantum ut accessoria pars pertinent, eamque ob causam a nobis non ea cura tractari poterunt, qua, si eas solas ederemus, tractandae essent. Nihilominus autem iis praesertim causis, quas in contextu apposuimus, moti confidimus, nostram quoque harum epitomarum editionem utilem fore (quae licet ordine in Novellarum editionibus frequentato disponenda, tamen capitum numeris vere Julianeis distincta aliquam certe veri Juliani imaginem referet); simulque speramus et enixe rogamus, alius Vir summus (qui quidem nostram Juliani editionem non aspernatus est), de quo spem concepimus, fore, ut accuratissimam optimamque Juliani editionem adornet, nolit suum ingenii acumen, vastamque et subactam eruditionem illi auctori, a nobis potius divulgando quam copiose exornando, detrahere. Nam si me-

Et hic quidem Novellarum sufficiet contextus triplex, cedetque gravioribus versio Haloandrina et Hombergkiana. [23]) Retinendas vero in Codice Authenticas vulgares, quivis concedet (Rectius omittentur Institutionum triumque Codicis librorum extremorum Authenticae, quum in usum pleniorem non abierint. — At v. not. 24.) Praeeuntibus vero omnibus, vel recentissimis, quos novimus, codicibus, illae Authenticae non contextui inserendae, sed substernendae sunt, licet ab adnotationibus sejunctae. Eo enim loco positae

---

tuendum fuerit, ne ipsius in Julianum studium iam refrigeretur, hanc solam ob causam nostro circa eum consilio irasci poterimus. At nihil est, cur talis metus nos subire possit.

Alio Viro docto monente, Juliani epitomis locus infra contextum Novellarum adsignabitur, quo et trium in contextu columnarum deformitatem evitabimus, simulque huic libro legis auctoritatem non amplius competere indigitabimus.

23) Novellis Graecis ut praeter veterem vulgatam Hombergkiana quoque versio adderetur, vir summus quidem nobis suasit, neque tamen persuasit. Nostra enim sententia est, veterem illam a Cuiacio quoque valde laudatam haud ita malam esse, ut nec ii, qui Graecum illi versioni in foro praeferendum esse existiment, si Graecum sermonem parum intelligant, ejus sensum ex ipsa illa versione nisi optime, quodammodo tamen assequi queant; Hombergkianam autem minime ita perfectam esse, ut accuratior Graecarum constitutionum intellectus iis tantum, qui Graece sciunt, patens ex ea hauriri queat. Quae sententia quum nobis, utramque versionem nec raro nec obiter inter se comparantibus, sedeat, non intelligimus, quare Hombergkiana versio magno spatii dispendio recipiatur, quae, usquedum in Gebauero - Spangenbergianam tantum editionem recepta, ne usu quidem longaevo magnam auctoritatem adepta est. Ut enim ii quoque, qui Graecae linguae minus gnari sunt, in intelligendis Novellis plus, quam una versione fieri poterit, adiuventur, id epitomarum Juliani longe breviorum, et alias etiam ob causas utilissima adiectione effici posse confidimus.

neque contextum, neque adnotationes (neutri enim generi accensendae sunt) turbare posse videntur, nec obstabit quidquam, quominus pro suo quisque arbitrio sive contextui sive adnotationibus illas accenseat. Postremo signa ablegatoria, suo loco adhibenda, omne circa citationes dubium eliminabunt. 24)

---

24) De Authenticis multi monuerunt. Quod primum ad eas attinet, quae Institutionibus et tribus ultimis Codicis libris adjectae inveniuntur, unus quidem vir doctus, at is, cui harum Authenticarum historia multum debet, e nostris partibus stat; quum autem tres alii, iique summi Icti, pro earum receptione sententiam dixerint, et nos quoque nullum damnum hinc metuendum praevideamus, lubenter plurimorum auctoritati cedentes, hasce Authenticas inter notas, a quibus distinguentur typis, recipiemus.

Authenticis deinde ordinariis, quae novem prioribus Codicis libris addi solent, unanimis trium doctissimorum Ictorum consensus locum in ipso Codicis contextu, quem a Gothofredo inde occupaverunt, adsignat. Horum autem auctoritati, quamvis merito plurimum apud nos valeat, tamen, ut cedamus, nondum a nobis impetrare potuimus, neque antea poterimus, quam argumenta iam exponenda refutata fuerint. Quum enim codices mscti Authenticas illas margini reservarent, ubi maiorum literarum usu a Glossis distinguerentur: locus, quem nos iis destinavimus, inter contextum Codicis et notas intermedius simili eaque haud incommoda ratione auctoritatem, minus quidem quam legalem, nec tamen minimam, qua medio aevo polluerunt, indigitare videtur. Anne autem mos, qui eo tempore, quo Authenticae scriberentur, et statim sequentibus saeculis usurpabatur, ei praestabit, qui Gothofredi auctoritate per duo fere ultima saecula obtinens haud parum promovit opinionem nonnullorum, ut nobis quidem multisque aliis videtur, falsam, qua Authenticis vis omnino legalis tribuitur; praesertim quum ratio, qua ad antiquiorem morem reversuri sumus, cum mediam partem vel summae vel imae adnumerari liceat, iis nihil praeiudicet qui epitomas illas ut leges venerari malint?

Authenticas autem, si quae novem prioribus Codicis libris

Jam vero ex reliquis illis, quae corpori jur. civ. plerumque vel crebro annectuntur, quid recipiendum, quid rejiciendum sit, de eo multifariam dubitabitur. Maxime forsan conveniet, duo quasi systemata s. corpora eligere, et primo quidem loco universum jus Justinianeum, secundo omnis generis jus civile, apud Germanos originetenus quidem peregrinum, sed Glossis apud nos introductum. Recipientur itaque, quod prius illud attinet, omnes Justiniani leges (sive Novellae dicantur, sive Edicta, sive Constitutiones), e posteriore vero libri Feudorum, Authenticae Fridericorum in Codice, fons deinde magnae harum partis, Constitutiones Friderici de libertt. ecclesiae. Excludentur XII tabularum fragmenta nonnunquam recepta, Cajus aliaeque juris Antejustinianei reliquiae; Brachylogus, Aurea Bulla, Lombarda, quae et ipsae passim occurrunt; Leonis aliorumque imperatorum graecorum Novellae a plurimis receptae, ex quo primum detectae fuere; Canones Apostolorum; Henrici quoque septimi leges; Pax Constantiae cett., quae per Bartolum et Baldum glossatae ex illo inde tempore partim Extravagantium vel XI Collationis nomine veniunt. Jamque erunt, qui de Novellarum seriorum Collationisque XI exclusione aliter sentiant. Sed Novellae alius prorsusque diversi systematis sunt, scilicet juris Graecorum recentioris, ejusque parvam omnino adeoque multo minoris momenti partem suppeditant, quam Basilica, Scholia, Eclogae et scriptores aliquot graeci sistunt. Illam juris Graeci partem casu quidem valde divulgatam esse, neminem fugit horum studiorum intelligentem, sed e nimia ejus divulgatione et id natum detrimenti est, ut apud nos quoque eam valere partem nonnulli

adiectae invenientur, quae ab Accursio inter ordinarias non recipiebantur (praedixit autem Authenticarum diligentissimus perscrutator, ejusmodi Authenticas omnino inventum iri), ut ab ordinariis rite distinguantur, eodem modo, quo Authenticas Institutionum, tractare in animo est.

postularent. Nihilominus, quod et alii professi sunt, in nostris quoque votis esse lubenter concedimus, ut tandem aliquando curetur nova Basilicorum editio, cui reliquae leges graecae et scripta adjicienda videntur. Quo facto id, quod incommodi peperit exclusio illa, ex nostro judicio necessaria, rite compensatum iri speramus. — Collatio XI leges aliquas aevi medii continet, nullo tempore (uti videtur) communis juris ususque factas, atque adeo de rebus Italiae singularibus plurimum agentes. Quare et hae leges, quae, quatenus historiam spectamus, alius systematis sunt, usum communem — paucis nimirum curatae — nullo modo adjuturae videntur. [25]

Libros Feudorum, cum jure Germanico apprime co-

---

25) Dubitavit aliquis vir doctus, anne etiam Pax Constantiae et quae sunt similia, itemque Leonis Novellae recipiendae sint, quum pro illa Glossae auctoritas, cui nos multum tribuamus, pugnet, pro his usus multarum editionum, quo id quoque effectum sit, ut hisce Novellis vis legum inter nos obtinentium a nonnullis adsignetur, atque in ipsis compendiariis libris ad eas provocari soleat. At fortiora his dubiis argumenta in contextu proposita nobis quidem videntur. Nam plurimum quidem iuris communis auctoritati, quam liber aliquis Glossae ope adeptus est, nihil vero Glossae ipsi per se tribuendum esse censemus: et pax illa, civitatum Italiae iura definiens, quamvis glossata, minime, quantum nos quidem scimus, pro iure communi habita est. Leoninae autem Novellae paucorum tantum errore, a plerisque statim et semper exploso, inter iuris nostri communis fontes relatae, neque hanc ob causam, neque, quia interdum etiam in compendiariis libris ad eas provocatur (citantur enim omnis generis libri) in corporis iuris civilis editione locum mereri videntur. — Nihilominus autem, si compererimus, plures esse, qui appendices plerisque Gothofredi editionibus adiici solitas aegre desiderent, eorum voluntati nos cessuros esse spondemus.

haerentes, aliquis Germanici juris peritus adornabit, huic ipsi a nobis negotio destinandus.

---

His ita expositis, quae libri nostri materiem spectant, de praefamine atque indicibus breviter sic habeto, lector benevole. Praefamen eas, quas secuti fuerimus, rationes, nec non subsidia a nobis adhibita distincte exponet, sensumque dilucidabit signorum atque abbreviationum in adnotationibus usurpatarum, ut ex hoc quodam fonte totius operis et usus et dijudicatio suam quasi lucem nanciscatur. Quae alia praefamini accessura sint, v. c. de codicibus atque editionibus monita, cett., de his hoc loco praefinire quidquam haud licet. — Indices vero alphabetici non titulos tantummodo, sed et singulos locos repetent, unde adjuvetur usus auctorum antiquiorum, qui singulorum adeo locorum voces initiales citare solent. Adhibebuntur quidem in eo negotio indices ab aliis confecti, sed diligenter inspicientur atque emendabuntur. [26]) Repetetur quoque Index Florentinus. — Praefamen curabit Schrader, indices Clossius, verum haud sine mutuo editorum trium commercio.

---

Forma operis erit quaternaria, [27]) eamque ita curabimus

26) In quibus indicibus conficiendis ut divisionis quoque titulorum et capitum singulorum apud antiquos frequentatae, ab ea, quam nos adhibebimus, nonnumquam diversae, ratio habeatur, ill. Heisio monente curae nostrae faciemus.

27) Formae quaternariae aliquis vir doctus minorem (octonariam) ut commodiorem praeferendam duxit. Nobis contra longe commodius videtur, uno vel duobus maioribus voluminibus uti, quam quatuor vel quinque minoribus, praesertim in opere, cuius usus is esse solet, ut dissitarum eiusdem partium loci inter se conferantur. Quia autem de talibus rebus aliud aliis placere solet, nosque in hac re nihil magis in votis habemus, quam ut plurimorum desideriis satisfaciamus: plerique velimus de ea sententiam dicere haud detrectent, quo facto lubentissime plurimorum sententiae, quatenus licebit per bibliopolam, obsequemur.

bimus effingendam, ut uno quidem volumine compingi liber possit, sed singulae quoque partes, scil. Institutiones, Digesta, Codex, Novellae singulis titulis exstruantur, seorsimque edantur. Typos deinde novos, diligenter formatos, varios satisque largos, atramentum, quod exscriptioni inservit, bonum, chartam solidam atque candidam, pretium libri, quantum fieri poterit, modicum (decem fere imperialium, vel paulo majus) libri redemtor promisit, et quae est viri honestas, fidem interpositam probe servabit.

Jamque in fine orationis iterum iterumque optamus rogamusque, velint omnes horum studiorum intelligentes de opere a nobis suscepto judicium ferre, omnibusque iis, quae supra plenius exposita sunt, subsidiis, vel aliis strenue nos ac mature adjuvare, cum temporis angustiarum rationem habere suscepti laboris moles exposcat.

Ex istis vero subsidiis ea, quae circa Institutiones versantur, primo quoque tempore missum ad nos iri speramus, quum hujus partis adornatio ipsa labente hoc anno inchoanda, annique 1821 tempore vernali absolvenda [27]), ipsius vero adornationis inchoatio praeparanda sit multis et variis rebus, ad quas, quae aliunde missa fuerint, permultum factura videntur. Jamque omnia illa omnis generis subsidia pro magno beneficio habebimus, et quidquid eorum nobis se probaverit, in libri nostri usum convertemus.

Et quamquam nihil amplius optemus, quam ut liceat nobis omnimodam opem praestitam ea, qua par est, pecunia honoraria remunerari: sumtus tamen a redemtore liberaliter quidem conamini nostro destinati, si cum iis

---

27) Hoc tempus, quia multum otii praeparatoriis laboribus impendendum erat, aliquatenus procrastinavimus; hi autem labores quum ceteras quoque editionis partes multum adiuturi sint, certo speramus, fore, ne haec procrastinatio totum opus differat.

comparaveris, quae perficere animus nos impellit (quibus adnumeramus libri Veronensis rescripti, qui Codicis partem continet, collationem nullo pacto omittendam), adeo circumscripti sunt, ut, qui studiis nostris favent, saepenumero suam nobis operam gratis praestituros esse speremus, eo, quod per ipsos utile conamen ceperit, commodo editorumque animo gratissimo contentos. Quae quis compererit habueritve rei nostrae inservitura, ea vel ad nos transmittet, vel ad Reimerum Berolinensem, librariorum usus commercio, verum si spectant partem aliquam operis maturandam, v. c. Institutiones, in quibus adornandis statim occupati erimus, publico curru; cujus adjumenti aliorumque ejus generis, v. c. describendi cett. sumtus ex ea, quam redemtor promisit, pecunia probe praestabuntur. Verum si cui utile videbitur, multum pecuniae pro nostro opere erogare, hunc rogamus, velit ad nos ea de re antea literas dare. Postremo si alius generis subsidia superius exposita gratis praestari posse verisimile haud fuerit, de eo quoque scribendum nobis erit, fidemque interponimus, habita ratione suscepti operis pecuniaeque destinatae, omnia ea rite nos remuneraturos esse, quae quis ad conamen nostrum vere juvandum contulerit.

Tubingae m. Martio a. 1820.

# II. Subsidiorum ad Institutionum criticam recensionem et interpretationem spectantium enumeratio et dijudicatio.

Ut in tota corporis juris civilis editione adornanda ita potissimum in Institutionum faciliore libello, pluresque bonae notae interpretes quam criticos editores nacto, priores et potiores partes criseos esse oportet. Quare, quae huc pertinent subsidia, diligentius et copiosius, quae ad interpretationem spectant, currente magis calamo recensebimus.

## Sectio I. Ad crisin spectantia.

### *Cap. 1. Codices manuscripti.*

#### A) Enumeratio et brevis descriptio.

##### §. 1. Codicum accuratius notorum.

Codices msc., quibus librorum antiquorum diligentiores editiones prae aliis subsidiis niti solent, ut praestantiores, quantum fieri posset, omnes nobis praesto essent, aliorum autem multorum exactam notitiam adipisceremur, multum neque infeliciter — gratia sit eximiae doctorum virorum in nos nostramque editionem liberalitati — adlaboravimus Et primum hos codices omnes eo fere ordine, quo plenior eorum notitia nobis contigit, enumerabimus, externamque eorum speciem breviter describemus [1]), deinde eosdem, quatenus fieri poterit et utile videbitur, dijudicabimus. Sunt autem

1) Descriptionem externae speciei et collationem capitum spe-

I. Bambergensis, e bibliotheca Capitulari, nunc publica, sign. D. II. 3. (antiq.num. 32); quaternarius, membranaceus, saec. noni vel decimi, cum Glossa plerumque interlineari mere philologica, Graecorum libri tertii et quarti vestigiis quibusdam, antea nullis. Adjectum est recentiore, ut videtur, manu capitulum Ottonis a. 971. et brevis descriptio meritorum Justiniani, sic incipiens: „Justinianus Augustus Romanum imperium felici sorte regebat, quum et bella prospere gessit, et in causis civilibus mirificus extitit.“ Quae autem praemittuntur „de nominibus septem graduum, quomodo apud Graecos et Latinos nominantur“, vix a librario aut possessore ad Institutiones relata sunt. Rubricis capitum (sive titulorum) fere ubique numeri additi sunt; Proemio subscriptio. [2])

II. Bambergensis, ejusdem bibl., sign. D. II. 5. (num. 26.); fol., membranaceus, saec., ut videtur, duodecimi, cum Glossa Ante-Accursiana, cui nonnullae Authenticae im-

---

ciminis loco inspectorum Clossius plerumque concinnavit; quod ubi secus evenit, notabimus.

2) Priorum 10 codd. autopsiam et usum domesticum liberali comitati meritissimi bibliothecarii Jaeck. debemus, eosque, peregrinante tunc Clossio, Schrader et Tafel descripserunt et speciminis loco contulerunt. De hisce et multis aliis codd. bibliothecae Bambergensis msc. ditissimae cfr. Jaeckium disserenten in Okenii ephemeridibus (Isis a. 1819 pag. 1693 sq. 1824 sq.) Trium priorum copiosam descriptionem, junctis scripturae et lectionum speciminibus locupletibus, C. F. Rofshirt. dedit in libro: Beiträge zur Bearbeitung der Quellen des Rechts. Heft 1. Heidelberg. 1820; duorum priorum (primi usque ad l. 3. t. 27, secundi usque ad l. 2. t. 6.) collationem cum exemplo impresso diligens Jo. Chr. Koenig, apud Altorfienses, dum viveret, Professor instituit, ejus copiam Bucher, Prof. Erlangensis, nobis amice fecit.

mixtae sunt. Duae consanguinitatis arbores diversae formae libro praemissae; rubricis capitum sive titulorum interdum numeri additi. Titulo 5. l. 3. (d. successione cognatorum) quaedam Longobardici juris immixta sunt; deficit codex, ultimo folio deperdito, l. 4. t. 17. (d. officio judicis) §. 6. voc. „lapides finales furatus."

III. Bamberg., ejusd. bibl., sign. $\frac{17 - D.}{II - 4.}$ (Num. 31.), fol. min., membranac., saec. duodecimi, nonnihil tamen, ut videtur, proxime antecedente recentior, cum Glossa Ante-Accursiana, cui semel nomen Irnerii subscriptum est, cumque nonnullis Authenticis. — Post l. 3. t. 6. (d. gradib. cognat.) §. 9. folium vacuum relictum est, nimirum ut arbor consanguinitatis adderetur. Graecorum vestigia haud pauca. Capitibus (titulis) saepissime additur „Kap.", haud raro etiam numerus Post finem libri sequuntur C. 9., 13. (d. raptu virg.) l. un. et Magica quaedam.

IV. Bambergensis, ejusd. bibl., sign. $\frac{24 - D.}{II - 11.}$, fol., membr., saeculi 14., cum Volum., nempe Codicis libris 3. posterioribus et Novellis; Glossa ordinaria. 4)

V. Bamb., ej. bibl., sign. $\frac{19 - D.}{II - 6.}$ (Num. 21.), fol., membr., saeculi, ut videtur, 13 ineuntis, cum Cod. 9, 13. (d. raptu virginum) l. un. et Novellis. Glossa Ante-Accursiana, in qua saepius nomen Azonis conspicitur. Authenticae quo-

---

4) In primo hujus Codicis folio deprehendimus numerum MCXXVIII, litera C autem lectu ita difficili, ut CC esse possit: at forma scripturae saec. 14 est. — Conspicitur in nonnullis foliis scriptum erasum quidem, sed lectu haud difficile, 12mi, ut videtur, saeculi, continens tractatum juridicum, qui de decimis, servitutibus, re judiciaria agit, saepiusque Digesta, rarius Codicem, praetereaque colleetiones juris ecclesiastici, licet ab iis, quae in Corpore juris canonici extant, diversas laudat.

que immixtae sunt. Capita sive tituli saepe verb. „Kap.“ distinguuntur, numerique adduntur; Graecorum haud contemnenda vestigia.

VI. Bamb., ej. bibl., sign. $\frac{20-D.}{II-7.}$ (Num. 13.), fol., membr., saec. 14., Gloss. ordinaria, quae autem nonnullis foliis deficit. Prooemii subscriptio extat.

VII. Bamb., ej. bibl., sign. $\frac{21-D.}{II-8.}$ (Num. 12.), fol., membr. saec. 14.; Glossa ordin. [5])

VIII. Bamb., ej. bibl., sign. $\frac{22-D.}{II-9.}$ (Num. 10.), fol., membr., saec. 14. exeuntis vel 15ti incipientis, in Germania, ut videtur, conscriptus; [6]) Gloss. ord.

IX. Bamb., ej. bibl., sign. $\frac{23-D.}{II-10.}$ (Num. 7.), fol., membr., saec. 14., a librario literas certe in Prooemio — postea enim correctius scripsit — saepissime geminante exaratus; Gloss. ord. Sequuntur aliâ manu conscripta Digestorum l. 29. t. 4. (si quis omissa causa) l. 4. §. 1. — l. 7. med. et libri Feudorum.

---

5) Saepius in hoc libro scriptura erasa occurrit, interdum bis, saepius omnino non rescripta. Quae bis rescripta sunt, Glossam Accursianam continere deprehendimus. Cetera varia sunt, inter quae legimus nomen Piedro di Gilio, pristini, ut videtur, possessoris; scripturae maiusculae satis antiquae quaedam tantum verba („poterit“ „quia“ et similia), unde de materia nihil concludi licuit; alius ejusque minusculae scripturae oculi nihil assequi valuerunt.

6) Sunt enim in calce libri subjecti ab eodem, ut videtur, librario, qui totum librum scripsit, hi versus:

Ich la dich nicht K. (Kunigund?) durch liep durch liep
durch liedt, waz mir Fraun darumb gesthigk (?) (geschicht?)
daz zu liden bin ich K. (Kunigund?) bereydt immer.

Quos versus, judice cel. Jacobo Grimm, harum rerum optimo arbitro, vix ante 15tum saeculum scriptos esse, sermonis indoles prodit.

X. Bamb., ej. bibl., sign. $\frac{25 - D.}{II - 12}$ (Num. 2.), fol., membr., saec. 14. incipientis, [7]) Gloss. ordinaria. — Addidit recentior manus tractatum sic incipientem: „Praemittendum est, quid sit possessio."

XI. Gothanus, biblioth. ducalis, in quam anno demum 1798 illatus est, fol., membr., saec. 14., sine Glossa, licet latus ei destinatus margo non desit. Notulae hic ibi adspersae. [8])

XII. Cassellanus, bibl. electoral., fol., membranac., saec. 14., pure et diligenter scriptus; Glossa ordinaria.

XIII. Wirceburgensis, biblioth. universit., sign. J. f. 10, antea Dominicanorum ejusd. urbis, fol., membranac., saec. 13tii; de Glossa valet, quod in num. XI. [9])

XIV. Jenensis, bibl. univers., fol., membranac., saec. 14, eleganter scriptus; Glossa ordinaria. Lacunae nonnullae: deficiunt enim l. 3. t. 2 (d. legitim. agnat. success.) §. 7. „iure corrig." — tit. 5. (d. success. cognator.) §. f. „nomine iis solis"; lib. 3. tit. 7 d. success. libertor. §. 2. „sunt iura" — tit. 28. §. 1. „si quid ex operis suis"; tandem a lib. 4. tit. 27 (d. officio iudicis) §. 4. „aut rem hereditariam" omnia, quae sequuntur. [10])

---

7) Annus pristinae possessionis notatus est 1341.

8) Accuratam, unde superiora decerpsimus, huius codicis descriptionem cl. Wüstemanno Gothano debemus.

9) Schwarzius in Schol. philolog. ad Prooem. Inst. p. 10. et Hufeland. jurist. Schätze der Würzburger Univers. Bibl. 1805, p. 88 huius codicis mentionem fecerunt; accuratiorem notitiam Clossius dedit. Quos Hufelandius eod. loco praeterea laudat codices librorum iuris Just., Wirceburgi non amplius extare idem comperit.

10) cf. Mylii memorabil. bibl. Jenensis pag. 59, Spangenberg Einleitung p. 537. Cl. Andreae, antecess. Jenensi, notitiam supra exhibitam magna ex parte debemus.

XV. Savignii, membr., fol., saec. 14ti; Gloss. ordinaria. [11])

XVI. Gottingensis, bibl. univers., antea Schwarzii, membranac, fol., c. Volumine, saec. 13 vel 14ti ineuntis, diligenter scriptus; Glossa ordinaria, cum Authenticis. [12])

XVII. Berolinensis, bibl. universit., sign fol. 18, cum Volumine, membranac., fol., saec. 14 (1344 secundum subscriptionem); Glossa ordinaria. [13])

XVIII. Berolinensis, eiusd. bibl., sign. fol. 19, cum Volumine, membranac., fol., saec. 14; Glossa ordinaria. [14])

XIX. Berol., ei. bibl., sign. Ms. lat. fol. 86 (antiqua Cl. H 56), chartac., fol., secundum subscriptionem commentarii in Institutiones in eodem codice obvii, forte Erfordiae a. 1432. scriptus; Glossa ex Accursiana et post-Accursianis additionibus mixta. [15])

XX. Ernesti Spangenbergii, membran., fol., saec. 14ti, Glossa ordinaria. Deest l. 1. t. 4 (d. ingenuis) pr. „enim ei qui in ventre" — l. 2. t. 1 (d. divisione rerum) §. 11. „ius gentium quarundam."

---

11) Ex ill. possessoris penu literaria hic cod. iam cl. Bienero, dum Instit. editionem adornaret, suppetebat. cf. eius Index editt. pag. XX.

12) Schwarzius loco not. 9. laudato, Heynius opusc. academ. vol. 2 p. 315, et praecipue Savignius in Hugonis civilist. Magaz. vol. 3. p. 282. sq. huius codicis notitiam dederunt. Quae Schw. habet de diversitate Glossae ab ea, quam codices et libri impressi plerumque exhibent, minoris momenti sunt et in codicibus haud raro usu venientia; Authenticas primus Savignius indicavit.

13) A Bienero ad edit. suam Jnstitut. adhibitus sub nomine Cod. Berol. 2. Cf. eius Ind. editt. pag. XXXIX.

14) Bienero cod. Berol. 1. v. ibid.

15) Bienero cod. Berol. 3. v. ibid.

XXI. Guelpherbytanus, bibl. publ., membran., fol., saec. 13tii vel 14ti ineuntis; Glossa ordinaria. [16])

XXII. Stuttgartianus, bibl. publ., sign. Juridica num. 21, cum titulis quibusdam Digestorum et Codicis et tractatibus iuridicis, chartaceus, fol., circa annum 1466 scriptus, sine Glossa. [17])

XXIII. Bernensis, bibl. publ., sign. num. 23., membranac., fol., saec. 14; Glossa ordinaria.

XXIV. Bernens., ei. bibl., sign. num. 33., membranac., fol., saec. 14; Glossa ordinaria. [18])

XXV. Regiomontanus, bibl. univers., sign. Bbb. $\frac{10}{11}$, membranac., fol., 12mi, ut videtur, saeculi; Glossa interlinearis. Deperdita sunt ita multa, ut fere tertia tantum pars supersit, nempe initium — lib. 1. tit. 2 (d. iure naturali) §. 2. „apud nos Virgilius"; lib. 2. tit. 1. (d. division. rerum) §. 27 — tit. 20. (d. legatis) §. 20. „vivo testatore legatarii;" lib. 3. tit. 9. (d. Bon. Poss.) §. 4 — lib. 4. tit. 3. (d. leg. Aquil.) §. 9. — Eorum, quae desunt, ultima tantum pars a l. 4. t. 3. §. 10. usque ad finem a recentiori manu suppleta est. [19])

XXVI. Regiomont., ei. bibl., sign. Aaa. 16., membranac., fol., 14ti, ut videtur, saeculi; Glossa ordinaria. [20])

XXVII. Regiomont., ei. bibl., sign. Aaa. 9., cum Volu-

---

16) vd. Schrader Abhandl. p. 245 sq. Spangenberg Einleitung p. 540. — Alium Guelpherbyt. vd. infra num. LXXVI.

17) Cf. W. F. Clossii descriptio codicum Digesti veteris pag. 20.

18) M. Braun, tunc Hofwylensi nunc Canstatiensi philologo doctissimo, horum librorum Bernensium speciminis loco institutam collationem debemus. — Tertium Bernensem Cod. vd. num. LXXIV.

19) Vd. cel. Dirksen in Savigny Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswissenschaft, Bd. I. p. 350. sq. Est autem noster XXV. Dirksenio num. 1.

20) Vd. eund. — Noster XXVI. ipsi est num. 4.

mine, membranac., fol., 13tii, ut videtur, saeculi; Glossa ordinaria. Lib. 2. tit. 13 — 25 recentior manus adiecit. [21])

XXVIII. Regiomont., ei. bibl., sign. Bbb $\frac{10}{1}$, chartaceus, fol., 15ti saeculi, Glossa ordinaria. Sequuntur textum Institutionum septem folia, in quibus ab eadem manu scripta est arbor consanguinitatis M. Joh. Andreae cum latina et germanica paraphrasi, nec non arbor cognationis legalis et affinitatis. [22])

XXIX. Vratislaviensis, bibl. univers., membranac., fol., saec., ut videtur, 13tii; Glossa ordinaria. [23])

XXX. [24]) Parisiensis, bibl. regiae, num. 4421. [25]) (antiq. numer. 5177.), membranac., fol., saec. 11mi [26]), cum paucis glossis marginalibus iisque potissimum philologicis.

---

21) Vd. eund. — Noster XXVII. ipsi est num. 2.

22) Vd. eund. — Noster XXVIII. ipsi est num. 5. Quintus codex Regiomontanus Dirksenio num. 3. Vd. infra CIX.

23) Huius codicis notitiam cel. Carol. Aug. Domin. Unterholznero debemus.

24) Parisiensium, qui iam sequuntur, codd. XXX — L. externam descriptionem Savignius liberalissime nobiscum communicavit, eamque Clossius cum libris ipsis denuo contulit, et capitum speciminis loco conferendorum lectiones enotavit. In qua re perficienda, ut in omnibus aliis in codices msc. Paris. ab eo institutis inquisitionibus, a meritissimo et doctissimo bibliothecario Hasio, cui multi viri docti eam bibliothecam invisentes pleraque beneficia debent, ita comiter et liberaliter adiutus est, ut, nisi pro tot in nos collatis beneficiis gratissimum animum hic palam Ei testaremur, ingrati nobis ipsis videremur.

25) Hic numerus et similes, qui sequuntur, ii sunt, quos catalogus annis 1739 — 44 typis exscriptus refert.

26) Iselius in sua Ottonianae Institutionum editionis repetitione (Basil. 1760) huius codicis lectiones graviores publici juris fecit. Hanc aetatem huic codici adsignant catalogus bibl. Paris., Savignius et Clossius; Iselius eum ad decimum saeculum refert.

Capitum inscriptiones (praeter unum de iustitia et iure) desunt. Hic quoque ad calcem libri adiecta est C. 9, 13. (d. raptu virgin.) l. un. Prooemii subscriptio extat.

XXXI. Parisiensis, ei bibl., num. 4422., membranaceus, fol., saec. 12mi, sine Glossis. Adiecta sunt varia iuridica ab eadem manu conscripta.

XXXII. Paris., ei. bibl., num. 4423., olim Petri Pithoei, membranac., fol., saec. 14ti, fortasse 15ti, negligenter scriptus, sine Glossa. Ad calcem libri adiecta sunt alia quaedam, interque ea locus Inst. l. 2. t. 10. (d. testament. ordinand.) §. 10., in contextu omissus.

XXXIII. Paris., ei. bibl., num. 4424., membr., fol., saec. 14ti, sine Glossa, cui tamen et quidem ordinariae margo vacuus relictus est; adpersae notulae quaedam, quibus subscriptum est Jac., Ja., de Ar., Bel.

XXXIV. Paris., ei. bibl., num. 4425., nostro XXXII. simillimus.

XXXV. Paris., ei. bibl., num. 4425 A., membranac. praeter 4 priora et alia 4 folia chartacea; membranae quoque et scriptura diversae sunt; totus autem liber ex 14to vel 15to saeculo esse videtur. Glossa deest. — Ad calcem libri adiectae sunt Const. Friderici de feudis non alienandis (2, 55.) et Auth. Habita; ligatura habet Institutionum particulas l. 1. t. 3. 4. 5. saec. 14ti, sine Glossa conscriptas.

XXXVI. Paris., ei. bibl., num. 4426, membran., fol., saec. 13tii; Glossam ordinariam alia quidem manus adiecit, at ita, ut margo vacuus relictus huic Glossae ab initio destinatus videatur. Saepius erasae et correctae literae et voces.

XXXVII. Paris., ei. bibl., num. 4430., membr., fol., saec. 14ti, Glossa ordinaria, et recentiore aevo adiectae notae, quarum pars subscriptiones habet hasce: Jacobus Pertica, de Platea, doctores, glosa. Sequitur in parte ultimi folii Cod. lib. 10. t. 1. 2 et 3tii legg. 1. 2., i. e. particula quaedam Voluminis.

XXXVIII. Paris., ei. bibl., num. 4427., membr., fol., cum Volumine, saec. 14ti; Glossa ordinaria.

XXXIX. Paris., ei. bibl., num. 4428, cum Vol., in plerisque ut num. XXXVIII., nisi quod hic liber nitide et diligenter scriptus est. Adiecta est arbor actionum.

XL. Paris., ei. bibl., num. 4429, membr., fol., cum Volumine, saeculi potius 13tii quam 14ti [27]) Glossa ab ordinariâ diversa, cui subscriptae sunt notae M (Martinus), Jo (Joannes), U (Ugo). Hic quoque v. Kap. et numeri saepius titulis adiecta sunt.

XLI. Paris., ei. bibl., num. 4431, fere ut num. XXXVII., nisi quod minus diligenter et aequaliter scriptus est.

XLII Paris., ei. bibl., num. 4432., fere ut XXXVII., nisi quod nitide scriptus est.

XLIII. Paris., ei. bibl., num. 4433., fere ut XXXVII., nisi quod aliquanto minus diligenter et aequaliter scriptus est. Deficiunt duo folia, quae continent l. 3. t. 8. §. 3. — t. 10. pr. et l. 4. t. 17. §. 5. usque ad finem.

XLIV. Paris., ei. bibl., num. 4434., fere ut XLIII. Idem codex continet aliis membranis aliâque manu conscriptum „Diadema de arte notariae, sive tabellionatus a Rolandino Passagerio.“

XLV. Paris., ei. bibl., num. 4435., membr., fol., saec. 14ti, diligenter scriptus. Glossa ordinaria, quae tamen sub finem libri deficit.

XLVI. Paris., ei. bibl., num. 4436., membr., fol., cum Volum.; saec. 14ti, negligenter scriptus; folia haud pauca a recentiori manu addita. Glossa ordinaria. Adiecta est arbor actionum.

XLVII. Paris., ei. bibl., num. 4437., membr., fol., cum Volum., saec. 14ti, Glossa ordinaria. A recentiori manu

27) Hoc vult catalogus, illud Savignius et Clossius propter totum codicis habitum literarumque formam.

additae sunt notulae Jacobi de Belvi., G. de ferrariis, Andr. de Barulo, Odofr. aliorumque.

XLVIII. Paris, ei. bibl., num. 4439., membr., fol., c. Volumine, quod tamen et formâ et scripturâ ab Institutionibus antiquioribus differt. Hae saeculi 13tii esse videntur, Glossa ordinaria, et notulae recentiorum adiectae sunt, at recentiori manu, super rasuris, unde verisimile est, originetenus aliam glossam huic libro additam fuisse. Prooemii subscriptio extat; tituli sive capita hic ibi v. Kap. distinguuntur.

XLIX. Paris., ei. bibl., num. 4439, cum Volum., fere ut XXXIX. Praeter Glossam ordinariam recentiores notae Dy., Ja. de velvis etc. occurrunt..

L. Paris., ei. bibl., num. 4440., cum Volumine, fere ut XXXIX.

LI. Paris., ei. bibl., sign. notre Dame F. 10. 114., membranac., formâ octonaria maj., 12mi saeculi, diligenter scriptus; notae marginales frequentes coaevae sine subscriptionibus; tituli v. Kap. insigniti; post l. 2. t. 21. (d. ademtione et translat. legator.) formula testamenti (incip. verbis „quia humani ingenii naturalis infirmitas plures res memoriae diu mandare non poterat“); l. 3. t. 7. (d. gradibus cognat.) §. 9. ad marginem notatum est „hic arborem intersero;“ sequitur autem arbor cognationum post finem tituli.

LII. Paris., ei. bibl., sign. Notre Dame F. 11. 115., membranac., formâ octonaria maj., 13tii saeculi ineuntis, nitide scriptus; notae marginales perpaucae; tituli numerati. Codex deficit l. 4. tit. fin. §. 6. verb. „neque ulla alia solemni poena subiicietur“, fortasse, quia liber, unde sumtus est, ibi desiverat. Addita enim est subscriptio „Domini Justiniani — explicit liber quartus.“ Sequitur tandem Summa Codicis, his verbis incipiens: „Cum inter ce-

teras partes juris praecipua seu excellentissima habeatur imperialis dispositio."

LIII. Paris., ei. bibl., sign. Sorbonnae, num. 337 A., c. Volumine, fol., membran. Institutiones Volumine antiquiores 13tii saeculi sunt, at minus diligenter scriptae, ita ut saepius corrigerentur. Glossa ordinaria.

LIV. Paris., ei. bibl., 2202 A., membr., form. quatern., continet post varia theologica ultimo folio Institutionum prooemii pr. — §. 4. v. „collatum est", et quidem a recentiore quam reliqua manu, ut vix 14to saeculo antiquiora sint.

LV. Paris., ei. bibl., sign. Sorbonnae, num. 1038. ant. num. 854., membr., fol., 14ti potius quam 13ti saeculi (cui catalogus bibl. hunc cod. adsignat), sub finem negligentius scriptus. Glossa ordinaria.

LVI. Paris., ei. bibl., sign. Sorbonnae, num. 1039. (ant. num. 855.); membr., fol. Institutiones antecedunt, et sequuntur bina folia, quae fragmenta Codicis Iust. libr. 4ti continent, eaque Institutionibus aliquatenus recentiora. Hae l. 4. t. 6. (d. actionib.) §. 26. verb. „in confitentem vero" desinentes, 13tio saeculo diligenter et ita, ut pauca tantum scribendi compendia appareant, exaratae sunt. Glossae nullae: at frequentia in margine vestigia sunt erasae scripturae, quae notas, ut videtur, continuerat.

LVII. Paris., ei. bibl., sign. Sorbonnae, num. 1041. (ant. num. 857); membr., fol., saec. 13tii, diligenter at multis compendiis scriptus; Glossa ordinaria. Rubricarum, qui sequitur, catalogo subscriptum est nomen Jo. Nicolay.

LVIII. Paris., ei. bibl., sign. Sorbonnae, num. 1043. (ant. num. 859.); membr., fol.; terna folia notas in Institutiones male scriptas continentia Institutionibus ipsis antecedunt, easque subsequuntur. Inst. ipsae 13tio saeculo nitide et diligenter exaratae sunt. Glossae ordinariae, et frequentes aliae notae in margine.

LIX. Paris., ei. bibl., sign. ad St. Victorem, num. 131.; cum Volumine, membran., fol.; Institutiones 14to saeculo scriptae; Glossa ordinaria.

LX. Paris., ei. bibl., sign. Navarre 97. olim Jacob. Merlini, cum Volumine, membran., fol., 14ti saeculi; Glossa ordinaria. Hic ibi variantes lectiones haud paucae notatae sunt.

LXI. Paris., ei. bibl., sign. ad St. Victorem num. 5. 19., cum Volumine, membr., fol., saec. 14ti; nitidissime et accuratissime scriptus. Glossa ordinaria.

LXII. Paris., bibl. Bourbon-Condé, num. 722., membr., fol.; continet praeter Institutiones tit. Dig. d. verb. sign. l. 1—31., saeculi 13tii; Glossa ordinaria; recentiones in margine notae, quibus interdum subscriptum est nomen Jac.

LXIII.[28]) Metensis, bibl. publ., membranac., fol., praeter Institutiones continens libros Feudorum; saec. 14ti; Glossa ordinaria.

LXIV. Metensis, ei bibl., membr., fol., cum Novellis, 3 libris Codicis, Consuet. Feudor.; 14ti saeculi, nitide scriptus, desinit post §. 10. ultimi tituli; Glossa ordinaria.

LXV. Metensis, ei. bibl., membr., fol., cum 3 libr. Cod., Novellis, Consuet. Feudor. (is est ordo), 14ti saeculi, nitide scriptus. Institutionum Prooemium deest, et lib. I. tit. 1. usque ad §. 2. verb. „desertorem studiorum."

LXVI. Hamburgensis, bibl. publ., olim Uffenbachii [29]); membr., fol., continens praeter Institutiones totum Volumen. Institutionibus praemissum est folium, continens quaedam Codicis fragmenta plane alio, quam qui nunc fre-

---

28) Trium Metensium quoque descriptionem Savignius nobiscum communicavit; Clossius collationem quorundam capitum addidit.

29) Hunc Uffenbachii fuisse apud Hamburgenses constat.

quentatur, ordine posita; 14ti saeculi; sine Glossa. Institutiones quoque sunt saeculi 14ti; Glossa ordinaria. Hic ibi, ut lib. 1. tit. 10., lacunae a recentiori manu expletae sunt. [30])

LXVIII. Sancto - Gallensis, bibl. monasterii, sign. D. n. 25. 744., membranac., fol., praeter Institutiones continens libros Feudorum; saeculi 14tii; compendia scribendi frequentissima; hic ibi integri paragraphi oscitanter transpositi sunt; Glossa ordinaria. [31])

LXVIII. Caroli Frid. Christiani Wenckii, Prof. Lipsiensis, olim Koehleri Altorfensis, deinde Hier. Guil. Ebneri codex; membranaceus, fol., a. 1259 sexto nonas Novembr. perscriptus (sic habet subscriptio); Glossa ordinaria. Deest l. 4. t. 15. (d. interdictis) §. 4. med. — t. 18. (d. publicis iudiciis) §. 6. init. [32])

LXIX. Norimbergensis, bibl. publicae, num. 77., membr., fol., cum Novellis et tribus libris Codicis, 14ti, ut videtur,

---

30) Boehmer ed. Institt. Hal. 1728 praef. §. II. hunc codicem duodecimo saeculo adsignare videtur („cod. sexcentorum annorum"), omnino perperam, quod primus adspectus codicis quemvis in talibus non rudem docet. Cl. Hudtwalkeri, urbis Hamburgi Senatoris, et D. Hoffmanni comitati huius codicis, quem nunc et ipsum coram habemus, accuratiorem notitiam, quam quae Boehmeri e scriptis hauriri poterat, debemus.

31) Descriptionem codicis, quem et ipsi ante aliquot annos vidimus, capitumque quorundam collationem comitati cel. Ildefonsi ab Arx debemus.

32) Huius Codicis notitiam debemus Schwarzio (Schol. philolog. ad prooem. Jnst. pag. 7.), cl. Ortloffio, Prof. Jenensi, qui Schwarzii ad Boehmeri editionem factam huius Codicis collationem humanissime nobiscum communicavit, et cl. Wenckio huius Codicis nunc domino. Lacunam supra notatam iam Schwarzii temporibus in codice illo extitisse inde autumamus, quod collatio Schwarzii fere eandem agnoscit.

tur, saeculi; Glossa ordinaria. Institutiones sequitur eâdem manu concepta subscriptio, quam Schwarzius vetere dialecto Lusitanica scriptam esse autumavit. Jac. Grimmius, ob linguarum medii aevi accuratam cognitionem celeberrimus, sermone Provinciali (langue provençale), at non omnino puro, scriptos versus esse nos docuit, et hoc ipsum Raynouardus Parisiensis, illius linguae et poëseos sospitator celeberrimus, confirmavit, docens, versus nostros in Italia depravatos videri, et in verbo Folcheri in fronte versuum conspicuo fortasse latere poëtae nomen, duobus quippe Folquetis inter poëtas illius sermonis celebratis. — Graecorum interdum habentur bona vestigia. 33)

LXX. Gottorpiensis, bibl. aulicae, olim monachorum Carthusiensium in domo montis B Mariae prope Argentinam, membranaceus, ut Gudio videbatur, 12mi saeculi (?), ex aliis libris correctus, lectionibus variantibus passim adscriptis, prolixa commentaria ad marginem (quae cujusnam indolis sint nescimus). Codex Gudio bonae notae videbatur. 34)

---

33) Hujus codicis et subscriptionis primus notitiam dedit Schwarzius l. c. pag. 9, autopsiam autem codicis cel. Rothii Monacensis patrocinio debemus. Subscriptionis a Schwarzio, at non omnino accurate descriptae, ex ejusque libello apud Spangenbergium quoque repetitae primos versus ab ill. Raynouardo suae integritati redditos cum ejus versione gallica subjecimus

| *Codex* | *Restitutio Raynouardi* | *Versio eiusdem* |
|---|---|---|
| olcher considrer | Folchet consider | Folquet considere |
| d'mati e ser | de mati e ser | de matin et soir |
| no uo sia bel | no us sia bel | ne vous soit agréable |
| d'leys que veser | de leys que vezer | d'elle que voir |
| et ab vos tener | et ab vos tener | et avec vous tenir |
| d'sotz un matel | de sotz un mantel | de sous un manteau |
| tant vos ata'enta | tant vos atalenta | tant vous charme. |

34) Gudii descriptionem codicis hujus et collationem Reitzius publici juris fecit in Miscell. observ. critic. nov., Tom. V et

LXXI. Dorvillii, membran., fol., qui de industria, ut videtur, omisit l. 1. t. 7. (de leg. Fus. can. toll.), et in l. 3. t. 12. (d. success. sublat.) quae sequuntur post verba principii „bona possidere"; alia vitiose transposita sunt; deperdita l. 1. t. 5. pr. „nascerentur" — §. 2. „manumitti solent"; §. 3. „id est ea" — l. 1. t. 6. (qui et quibus ex causis) pr. „nam is"; §. 1. „ne injuria defunctus" — §. 4. „Aelia Sentia domino nu"; §. 7. „manumittendi minoribus" — „ideo nos mediam quodammodo." Post Institutiones sequitur in antiquis libris frequentata l. 9. t. 13. (d. raptu virginum) l. un., at in folio tantum integumenti causa adjecto. Arbor consanguinitatis, eaque modo insolito picta, haud deest. Glossa ordinaria non extat, at ejus loco Leges concordantes et contrariae, aliaeque notae adjectae sunt. Quarum specimen a Reitzio exhibitum licet nihil cum Accursianis aliisque antiquioribus, quae nobis quidem innotuere, glossis commune habeat, tamen ejusmodi est, ut ad antiquius tempus referendum videatur. Dorvillius codicem 14to saeculo exeunti adsignat. De ea autem aetate propter glossarum indolem aliaque antiquioris aevi vestigia aliquantisper nos dubitare ingenue fatemur. Ceterum non ab uno librario integer liber profectus videtur. Certe a l. 3 t. 25. (de locationib.) alia manus conspicitur. De codicis internis virtutibus Reitzius judicat, apographum esse codicis optimae notae, a librariis negligentibus, nec graece nec latine doctis, confectum. [35])

LXXII. Argentinensis, bibl. seminarii theologor. protestant., sign. A. III. 24. Prioris possessoris nomen

---

seqq., praecipue Tom. V. pag. 324 (Amstelodami 1744 sqq. — Aetatem codicis Gudius, qui a. 1689 obiit, quingentorum annorum aestimavit, i. e. duodecimi saeculi. Dubitamus autem, anne recentior sit.

35) Hujus codicis qui ubi nunc sit ignoramus, notitiam Reitzio (l. not. 34 laudato) debemus.

prodit inscriptio primi folii „Laurentius Tuppius D. emi 1562." Codex est membran., 8vo maj. Praemissae sunt in prioribus septem paginis introductoriae quaedam dissertationes, quarum prima incipiens verbis „Inter cetera studiorum genera de jure generatim agens" typis jam exscripta est apud Placentinum de varietate actionum (impr. v. c. Mogunt. 1531.) l. 4. prooem.; secunda incipiens „Sicut liberalium artium disciplina" brevem juris historiam ex Pomponio et Justiniani constitutionibus, quae de ejus libris juris agunt, desumtam sistit; tertia, cujus initium est „Liber iste institut. s. elementorum nomen habet" etymologica, iterum historica, in fine quodammodo rhetorica de Institutionibus tradit, quibuscum convenientia breviora Azonis summa Inst. exhibet; quarta sic incipiens „De jure tractaturus Justinianus" de aequitate, justitia, virtute agit [35]); quinta („Multae diversitates actionum") actiones earumque genera generatim tractat. Post haec vere generalia sequuntur specialia „de stipulationibus", „de successione ab intestato", „de facultate et possibilitate", nec non versus et sententiae de querela inofficiosi testamenti, et similia. — Post Institutiones habetur C. 9, 13. (de raptu virg.) l. un., et quidem ita cum Institutionibus copulata, ut post eam repetantur verba finalia „expliciunt Institutiones." — Codex nitide scriptus, nisi quod sub finem elegantia scripturae minuatur; saeculi 13mi est. — Rubricis saepe praemissa est vox „Kap." — Glossa Ante-Accursiana, primo et secundo libro addita, hic ibi super rasuris alias

---

35) Secundam et tertiam harum dissertationum e paraphrasi Institutionum sumtas esse, cujus codex 13mi saec. Vindobonae adservatur (in catalogo „Summa Institutionum" dictus), e summi Icti nuperrime publici juris facto libro, quem inscripsit *Haus-Chronik* (Hamburgi 1822) pag. 202 sqq. comperimus. Nostri codicis tertia dissertatio paraphraseos illius caput est, secunda finis. Utramque in libro illo typis exscriptam invenies.

glossas prodentibus; recentissimâ manu notae per totum codicem adjectae. [36])

LXXIII. Argentinensis, ejusd. bibl., sign. C. L. 14., membranac., fol., saec. 14ti (quocum satis convenit, in folio integumenti causa addito instrumentum emtionis recentiori manu scriptum extare, quod Urbani VI, qui a. 1389 obiit, pontificatum refert); Glossa ordinaria.

LXXIV. Bernensis, bibl publ., num. 8 , spisso volumine totum corpus juris, et quidem hoc ordine: Codicem, Novellas, Institutiones, Digesta complectens. Membranaceus est, 14ti saec.; Glossae rarissimae. [37])

LXXV. Magdeburgensis, bibl cathedralis, num. 161., chartaceus, fol., 15ti saec.; Glossa ordinaria, cui recentiora hic ibi addita sunt. Contextus diligenter scriptus.

LXXVI. Guelpherbytanus, bibl. publ., sign. 25 3. 1. Jur., chartaceus, fol., uno volumine cum Usibus Feudorum, Argentor. 1472 impressis, comprehensus. — Scripsit hunc librum Joh. Klokereymen a. 1 71 „in scolis Juristarum almae universitatis Erfurdiensis."

LXXVII. Helmstadiensis, bibl. publ, chartaceus, fol., a. 1471 Erfordiae a Joh. Weydemanno, idque diligenter scriptus. Glossa ordinaria. Speciminis loco facta collatio solius l. 1. t. 10. (d. nuptiis) ad manus est. [38])

---

36) Huius et proxime sequentis codicis usum liberalissime concesserunt biblioth. Argentinens. praepositi, cl. Herrenschneidero nobis eam circa rem patrocinante.

37) Accuratiorem hujus quoque codicis notitiam nobiscum communicare haud detrectavit idem vir doctus, cui ceterorum Bernensium codicum XXIII et XXIV descriptionem debemus.

38) Cf. Schrader Abhandl. a. d. Civilrechte 1808. p. 202 sqq. Num hic codex hodieque Helmstadii adservetur, quaeritur. Nunc certe ob diversa fata, quae tempore regni Westphalici et annis subsecutis in bibl. illam ingruebant, neque Helm-

LXXVIII. Lovaniensis, bibl. univers., num. 5., membranaceus, 12mo, saec. 15ti ineuntis, nitide scriptus; nulla glossa. Ab initio tantum quaedam loca parallela laudata sunt. [39])

LXXIX. Basileensis, bibl. univers., membranaceus, fol., saec. 14mi; Glossa ordinaria. [40])

LXXX. Lugdunensis, bibl. publ., num. 306, membranaceus, fol., cum Volumine, saec. 14mi (legitur quoque in folio integumenti causa adjecto a. 1330); diligenter scriptus; Glossa ordinaria. [41])

LXXXI. Mediolanensis, bibl. Ambrosianae, sign. J. C. 29. Inf., membr., 4to, complectens post quaedam Ciceroniana, 10mo vel 11mo saeculo scripta, Institutiones et fragmentum Breviarii Alariciani, cui capita haud pauca genuini cod. Theodosiani a Clossio in lucem protracta insunt, 12mi saeculi. Institutiones diligenter et nitide scriptae sunt; glossa nulla, nisi quod rarissime notulae quaedam margini adjectae sunt.

LXXXII. Mediolanensis, ejusdem bibliothecae, sign. D. 534, membranac., fol., cum Volumine, saec. 13ti, diligenter scriptus. Glossa ordinaria, recentioresque notae Odofredi, Bellaperticae, Dyni, Oldradi, Jo. Andreae, Bartoli, Fabri, Aretini, Bertr. de Deiocio, Guid. Papaei etc. [42])

---

stadii neque Guelpherbyti invenitur, quod, dum inspectionem libri ab officiosissimo bibliothecae Helmstadiensi praeposito peteremus comperimus.

39) Huius codicis accuratam notitiam cl. Warnkoenigio, Prof. Leodiensi, debemus.

40) Huius codicis notitiam Ictus et philologus apud suos merito aestumatissimus Burkhardus et Hanhardus liberalissime communicaverunt

41) Cf. Manuscrits de la Bibliothèque de Lyon par Delandine, à Paris 1812.

42) Adserit quidem Montefalconius et ex eo Spangenbergius

LXXXIII. [43]) Venetus, bibl. ad S. Marcum, sign. LXIII. 4., membranac., fol. Incipit codex a Prooem. §. 6. v. „aliisque multis commentariis"; alia autem nonnulla cum picturis, quibus hic codex ornatus erat, resecata nunc desunt. Est saec. 14ti, diligenter scriptus; Glossa ordinaria.

LXXXIV. Venetus, ejusd. bibl., sign. Cl. V. Cod. XVIII, membranac., fol., cum Volumine et fragmento Codicis lib. 1. tit. 3. Institutiones — nam singularum huius codicis partium aetas non eadem est — 13to saeculo exeunte scriptae videntur, idque parum nitide. Glossa ordinaria.

LXXXV. [44]) Taurinensis, bibl. regii Athenaei, sign. H. II. 5, in impresso catalogo num. 919; 4to; complectens praeter Institutiones Summam Decreti, Petri libros de legg. (ita hîc audiunt, cum aliâs Exceptiones legum

---

(Einl. p. 533), octo codices Institutionum Mediolani esse; sed reliquorum sex, praeter unum infra (num. CVIII) recensitum, Clossius in ipsa bibliotheca nullum vestigium deprehendit. Vidit omnino Savignius Parisiis codicem membranaceum Instit. (14ti saeculi) cum Glossa ordinaria et subscriptionibus Acc. Bulg. Joh., cui inscriptum erat „Milanais caisse num. 13—37". Eum Clossio Parisiis moranti inde Mediolanum remissum esse adserebatur; at Mediolani quoque non repertus est.

43) Cf. de his codd. Latinam et Italicam D. Marci bibliothecam codd. msc., praefante Laurentio Theupolo, Venet. 1741, fol., num. 512. — Praeter hos duos Venetiis nullum alium Institutionum codicem Clossio invenire contigit. Is enim, quem catalogus modo laudatus ut talem exhibet, num. 513, potius Summam Digestorum continet; et alius, quem Spangenbergius l. c. p. 534 ut bibl. monasterii S. Michaëlis laudat, divendita illa bibliotheca, neque (cum aliis quibusdam libris) in bibliothecam D. Marci migravit, neque alibi apparuit.

44) Cf. de Taurinensibus Pasini biblioth. regii Taurinensis Athenaei, et ex hoc opere Spangenbergium l. c. pag. 553.

Romanorum dicantur) duobus antea ignotis locupletatos [45]), libellum Isidori de verbis legalibus, quaedam e Jure canonico, Breviationem Institutionum, aliaque similia, quae infra in loco de Fontibus, rell., exponentur. Ea omnia 12mo saec. nitide ac diligenter scripta sunt. Institutiones habent Prooemii subscriptionem, titulos sive capita numerant; Graecorum vestigia haud contemnenda extant. Glossa Ante-Accursiana, hic ibi Authenticas complectens, diligenter margini adjecta est, usque ad l. 2. t. 10.

LXXXVI. Taurinensis, ejusd. bibl., sign. H. VI. 1, catal. impr num. 369, membranac., fol., cum Volumine. Institutiones incipiunt a l. 1. t. 2. (d. jure naturali). Codex est saeculi 13mi, diligenter scriptus; Glossa ordinaria, cui postea recentiores notae adjectae sunt.

LXXXVII. Taurinensis, ej. bibl., sign. H. VI. 2., catalogi impressi num. 370, membranac., fol., cum Volumine, 14ti saeculi, diligenter et nitide scriptus; Glossa ordinaria.

LXXXVIII. Taurinensis, ej. bibl., sign. H. VI. 3, catalog. impr. num. 371., membr., fol. Institutiones excipiunt Regulae decretorum in antiquis. Codex 14ti saeculi, magnis iisque deformibus literis scriptus. Glossa ordinaria.

LXXXIX. Taurinensis, ej. bibl., sign num. 333. (in catal. impresso omissus), membr., fol., saeculi 13mi, diligenter scriptus; Glossa ordinaria. [46])

XC. Taurinensis, ej bibl., sign. H. VI. 4, catalog. impr. num. 372, membranaceus, fol. minori. Primum folium, integumenti causa adhibitum, cujus prior pagina

---

45) De his vd. Savignii Geschichte des röm. Rechts im Mittelalter Tom. 3, pag. 663.

46) In ultimo folio recentiori manu leguntur haec: „anno domini 1320, anno domini 1329" unde videtur id sumtum, quod in integumento legitur, cod a. 1329 scriptum esse, qui tamen omnino antiquior esse potest.

erasa, continet l. 1. t. 12 (quibus modis jus potest) §. f. v. „naturales liberi" — l. 1. t. 14 (qui testamento tutores) §. 3. v. „posse dari", quorum tamen, exceptis quibusdam verbis, posterior tantum pagina inde a t. 13. § 3. „te in patris sui" inde legi potest. Erasa saec 10mo scripta sunt; octo quae sequuntur folia, Prooemium cum subscriptione et 18 priores primi libri titulos et 19mi initium saec. 12mo scriptos, quae deinceps sequuntur 86 folia, quorum foliis 35 et 36 post folium 69 locus adsignandus erat, in tegumento simillimam decimo saec. exaratam scripturam sistunt. Haec Institutiones inde a l. 1. tit. 19. (de fiduciaria tutela) „post obitum ejus" — l. 4. t. 3. (d lege Aquilia) §. 3. v. „modo culpa ejus nulla" continent; neque vero sine lacunis. Deficiunt enim, deperditis sex foliis, l. 1. t. 25. (de excusat.) §. 13. „Minores autem" — t. 26 (de suspectis tutor.) §. 3. „postulare. Et sci"; l. 2. t. 7. (d. donationib.) §. 3. „quod ante matrimon." — t. 8. (quibus alienare) pr. „deduximus. Cum enim"; t. eod. §. 2. „petat per exceptionem." — t. 9. (per quas personas) §. 2. „emancipatione additum est"; t. 16. (d. pupill. subst.) §. 1. „stitutionis certas personas" — §. 8. „substitui potest, feminae"; l. 2. t. 19. §. 6. „Hadrianus cuidam" — t. 20. §. 2. „et per hypothecariam"; folium 85 deficit l. 3. t. 20. §. 4. verbis „fidejussor ita obligari"; sequentis folii originaria scriptura ita abluta est, ut plurima ejus verba etiamnunc dignosci possint, minoribus, at ejusdem fere aevi, literis superscriptis, quae a tit. ejusd. §. 2. v. „sed etiam heredem" incipiunt, et in §. 7. v. „ita accipitur" desinunt, post quae, omisso fine tituli, statim, et quidem literis in hoc codice solennibus majoribus, sequitur tit. 21. Habebat autem, quod certo apparet, primitiva scriptura tituli finem. Simile quid fol. 89 et 90 accidisse videtur. Est enim erasa paginae aversae fol. 89 pristina scriptura, eaque lacuna inde a lib. 3. t. 24. (d. locat. et cond.) §. 2. verb. „unum quis bovem" usque ad §. 5. „conductor om-

nia secundum" minoribus literis expleta. At non omnino; exciderunt enim sequente folio inde a l. 3. t. 5. (d. societate) §. 9. v. „praevaluit tamen" incipiente, aliquot paragraphi. Hic ibi, praesertim autem ultimorum foliorum nonnullorum antiqua scriptura, pallidior facta novo atramento inducta est, quo autem facto licet interdum antiquae scripturae forma deserta sit, nihil perditum esse videtur. — Capitum titulorumve numeri usque ad l. 2 t. 10 antiquitus additi sunt; arbor consanguinitatis ad marginem l. 3. t. 6. adpicta est; Graecorum multa eaque plerumque optima vestigia supersunt. — Glossa coaeva margini neque rarius neque frequentius adjecta, ab Icto, ut videtur, oriunda, multa notabilia complectitur. De qua vide Savignii historiae juris tomum 3tium (pag. 671 — 717), ubi ipsam glossam typis impressam invenies. A recentiori manu hic ibi Accursianae glossae additae sunt. 47)

XCI. Veronensis, bibliothecae capituli (ejusdem, cui genuinum Caium debemus), num. 36, olim 38, membranaceus, 4to, Sulpitii Severi opp. continens; servavit tria folia antiquissimi Institutionum Justinianearum exempli, uncialibus nempe literis exarati, quae omnes sunt ablutae vel erasae, in ultimo folio dimidiato rescriptae. Quod ob antiquitatem cum Pandectis Florentinis comparandum fragmentum haec pauca continet: fol. 2. titulorum rubricas a

---

47) Hunc codicem hactenus notorum omnium post Bambergensem (vd. supr. num 1.) primum locum obtinentem, quem in lucem protraxisse Clossio contigit, 10mo omnino saeculo adsignandum esse specimen scripturae, in calce hujus libelli adjectum, optime demonstrabit. Habemus etiam ill. Koppii testimonium, qui, quum Tubingae per aliquot horas morans hunc codicem in nostram gratiam inspexisset eum fortasse nono, certe decimo saeculo adsignandum esse judicavit. Quod a catalogi impressi auctore saec. 13mo adscribitur, ad priora tantum folia ab eo forsan sola accuratius inspecta pertinere videtur.

lib. 1. tit. 1 — lib. 3. tit. 5; fol. 1. Prooem. §. 5. verb. „ab imperiali“ — lib. 1. tit. 1. (d. justit. et jure) §. 4. „naturalibus praeceptis“; fol. 3. lib. 1. tit. 2. (d. jure naturali) §. 4. „cives significantur“ usque ad finem, et sic quidem, ut in priori pagina §. 7. „jure dederunt“ — §. 8. „opiniones eorum“, in posteriori §. 10. „fluxisse videtur“ — ad finem non rescripta sint. Prooemii subscriptio hîc non deest. Notae nullae. [48])

XCII. Gryphiswaldensis, ecclesiae S. Nicolai, chartaceus, fol., saec. 15ti; Glossa ordinaria, capitum nonnullorum ordo turbatus. [49])

XCIII. Lipsiensis, bibl. Senatus, fol., membranac., saec. 14ti; Glossa ordinaria, et recentiores notae. Duo priora folia recentius addita. [50])

XCIV. [51]) Vindobonensis, biblioth. imperialis, N. 3738. S. 354; membranac., saec. 14ti, paucissimae Glossae, cum Novellis (?) et fragmento Digesti veteris (?).

---

48) Hujus pretiosissimi fragmenti primam notitiam dedit Maffeius in „opusculi ecclesiastici, pag. 90, uberiorem cel. Goeschenius Leipz. Lit. Zeit. 1817. p. 2645. sq et in iis, quae Caio edito praefatus est, pag. LXXVI sqq. Scripturae specimen, quod nondum ad manus est, editioni corporis juris ipsi addendum curabimus.

49) Accuratissimam hujus codicis descriptionem, juncto scripturae specimine, cl. Barkow, Prof. Gryphiswaldensis, nobiscum communicavit.

50) Ill. Hauboldo hujus codicis accuratiorem notitiam debemus. — Ceteros Lipsienses vd. infra num. CVI. CXXII — CXXIV.

51) Codd. Vindobonensium XCIV - CV. notitiam comitati virorum clarorum, Kaufmanni Profess. et Kopitari bibliothecarii, debemus. Septem horum codicum etiam ill. Cramer inspexit, qui unum, num. XCVIII, propter Glossam Ante-Accursianam inter notatu digniores retulit; de iis, qui cum Vol. juncti sunt scripsit ill. Savignius, Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, tom. 2. p. 109 sq.

XCV. Vindobonensis, ej. bibl., N. Salisb. 350, membranaceus, fol., saec. 14ti, c. Glossa. Est mancus; duo certe folia usque ad l. 1. tit. 10. (d. nuptiis) §. 1. porrecta perierunt.

XCVI. Vindob., ej. bibl., N. 3-32, S. 348, membranac., fol., saec. 14-15ti; cum Glossa.

XCVII. Vindob., ej. bibl., N. S. 364, saec. 14-15ti; sine Glossa.

XCVIII. Vindob., ej. bibl., N. 25; Glossa Ante-Accursiana, praecipue Martini.

IC. Vindob., ej. bibl., N. 4, antea Ambracensis, cum Volumine, saec. 12mi vel 13mi; Glossa ordinaria.

C. Vindob., ej. bibl., N. 19; saec. 13mi, cum Volumine; Glossa nunc Accursiana; sunt autem vestigia Ante-Accursianae, cui illa superscripta est. 52)

CI. Vindob., ej. bibl., N. 2274.

CII. Vindob., ej. bibl., N. 801.

CIII. Vindob., ej. bibl., N. 317. 53)

CIV. Vindob., ej. bibl., N. Eugen. 157, c. Volumine.

CV. Vindob., ej. bibl., N. 57, chartaceus, c. glossa interlineari et marginali.

CVI. Lipsiensis, bibl. Paulinae, num. 921, in eodem volumine, quo Rofredus continetur, membranac., fol.; scriptura nitida 13mi saec., in qua saepius vocalibus lit. h praemittitur (v. c. hii, hea.). Graecorum non contemnenda vestigia. Glossa, ut videtur, Ante-Accursiana. 54)

---

52) Hujus codicis ea pars, quae Volumen continet, multa notatu digna habet; cf. Savignium l. c.

53) Vindobonensium codicum, et quidem, quatenus conjiciendo adsequi licet, codd. CI CII et CIII unus est 13tii saec., totum corp. jur. uno volumine continens, glossatus.

54) Hic codex est Schwarzio, qui primus in Scholiis ad Prooem. Inst. p. 8. ejus notitiam dedit, Lipsiensis 25, Bienero, qui

CVII. Cracoviensis, bibl. universit., olim Joh. de Oswianczyn (Joannis Sacrani), membranaceus, saec. 14 vel ineuntis 15ti; Glossa ordinaria. [55])

CVIII. Mediolanensis, bibl. Ambrosianae, sign. B. 26. infer., membranaceus, fol., cum Volumine, saec. 14ti; Glossa ordinaria.

CIX. Regiomontanus, bibl. Wallenrodtianae, membranaceus, fol., c. Vol., saec., ut videtur, 13ti; Glossa ordinaria. [56])

CX. Lugduno-Batavus bibl. univers., chartaceus, 4to, c. libris Feudorum, 15ti saeculi ineuntis. Duo priora folia, tertium et aliquot sequentia usque ad finem l. 2. t. 1. a tribus diversis librariis, reliqua ab alio librario conscripta sunt, unde viro doctissimo codicem ipsum ante oculos habenti visum est, codicis prioribus foliis deperditis, illa aliunde adjecta esse. Glossa ordinaria. [57])

CXI. [58]) Monacensis, bibl. publ. (Centralbibliothek),

---

eodem in adornanda sua Institutionum editione usus est, Lips. 1. cf. eiusdem pag. XL. A Fried Platnero qui a. 1759 Lipsiae specimen novae editionis Institut. publici juris fecit, frustra requisitus est. Nos hujus codicis accuratiorem notitiam cl. Gust. Haenelio, Prof. Lips., fatorum ejusdem plenam expositionem, et, cum quonam Schwarzianorum et Bienerianorum conveniat, exactissimam demonstrationem ill. Hauboldo debemus.

55) Cf. Indices lectionum Cracoviensium a. 1819 et 1820 editos, in quibus de hoc et aliis codd msc. cl. Bandtkie praefatus est.

56) Cf. cel. Dirksenium in Savigny Zeitschrift Bd. 1. p. 350 sqq., cui et hujus codicis lectiones ad comparandum cum reliquis necessarias debemus.

57) Cel. Smallenburgii literis humanissime ad nos datis, hujus codicis, jam Spangenbergio pag. 542 noti, accuratiorem notitiam debemus. De aetate codicis ex libri 2di subscriptione „explicit liber secundus jucundissime XXa die Augusti a° XIIIo" satis constat.

58) Monacenses codices (num. CXI - CXIII, CXVI - CXXI) con-

antea Augustanus, sign. p. 256. n. 16. [59]), membranac., fol., cum Volum., saec. 14ti, diligenter scriptus; Glossa ordinaria, c. subscriptione „ego Matiolus scripsi“ [60]).

CXII. Monacensis, ej. bibl., antea Augustanus, sign. p. 256. n. 15. (in schedula codici adjecta, quae recentiorem signaturam continere videtur, Jus. civ. perg. lat. 8.), membranaceus, fol.; continet praeter Institutiones in involucro et foliis, quae integumento inserviunt, varia theologica et juridica, partim literis erasis. Juridica antiquiora, postea, ut alia inscriberentur, erasa, quaestiones e jure civili et canonico, auctoritate Magistri Jac. adhibita, tractare videntur. Institutiones 14to saeculo scriptae. Rubricis saepius numeri additi, interdum vox „cap.“; Glossa ordinaria; aliquot notae, subscriptis nominibus Benedicti de Apl', Ja. Bal, Fan, Benedicti de servia (?), Dyni de Musello et aliorum. [61])

CXIII. Monacensis, ej. bibl., sine signatura, antea Campidunensis, membranaceus, fol., 13tii saeculi. Involu-

---

junct. collega Leonard de Dresch in bibliotheca inspexit; mox ipsos coram habuimus. Nonnullorum notitiam invenimus etiam apud Schwarzium (unde sua sumsit Spangenbergius), Savignium, Rofshirtum et in ill. Crameri ad nos benigne datis literis

59) Quod signum, ut et similia codicum CXII et CXVI, paginis catalogi bibl. Augustanae auct. Ehingero respondet.

60) Est Schwarzii (Schol. philolog. pag. 7.) et Spangenbergii Augustanus I.

61) Hic codex est Schwarzii et Spangenbergii Augustanus II., quod lectionum a Schwarzio in Scholiis philolog. ad Prooem. Institutionum inde excerptarum cum iis, quas in nostro CXII. invenimus, convenientia docuit. Fortasse est etiam Monacensis, a cl. Rofshirto in ejus libro „Beiträge zum röm. Rechte“ interdum laudatus. Lectiones enim ab eo allatae conveniunt. Harum autem quum perpaucae sint, de hoc nihil definimus.

crum varia, partim Gallico sermone concepta continet, interque ea notitiam eorum, qui anno domini 1280 licentiati sint. Glossa ordinaria.

CXIV. Hafniensis, bibl. Regiae, membr., fol., uno vol. totum corpus juris complectens, saeculi 12mi exeuntis vel 13tii ineuntis; nulla Glossa. [62])

CXV. Crameri codex, membran., fol., saec. 13tii ineuntis; nunc Glossa ordinaria, at super rasuris scripta, erasâ nimirum Glossa Ante-Accursiana, fortasse etiam Authenticas complexa. Occurrit etiam v. „cap" in titulorum rubricis. [63])

CXVI. Monacensis, bibl. publ., ante Benedictoburanus, num. 92. (in schedula adjecta Jus civ. perg. lat. 33), membranaceus, 4to. Continet in involucro sermonum sacrarum fragmenta deinde Institutiones, Summam B (Bernardi) episcopi Faventini, super Decretalibus a B. compilatis, post collectionem Canonum, ita incipientem: „Incipit de ordine inquisitionis causarum. Innocentius de causis inquit" etc., postremo aliam collectionem Canonum, cujus prima verba et inscriptio sunt: „Incipit excerptio synodorum, Domine et sancte pater". Haec diversae aetatis sunt, sermonum fragmenta et canonum collectiones 10mi saec., Summa super Decretalibus 13tii, Institutiones autem 12mi. In his arbor consanguinitatis extat, Graecorum optima vestigia, imo hic ibi integra verba sine ullo vitio scripta leguntur. Glossa Ante-Accursiana, in qua Authenticas nullas, neque nominum subscriptiones deprehendimus. [64])

---

62) Ill. Cramer, qui hujus codicis formam externam (in titulor. de verb. significat. editione, praef. pag. 24 sq.) descripserat, ea, quae propius ad Institutiones spectant, et quidem totam, quae ejus in nos summa benevolentia est, Institutionum collationem nobis transmisit.

63) Hujus quoque codicis notitiam ill. Cramero debemus.

64) Hujus codicis descriptionem dedit cl. Docenius in ephe-

CXVII. Monacensis, ej. bibl., antea Augustanus, 15ti saeculi, Joannis Plebani ad S. Mauricium in Augusta (id quod e sigillo impresso colligitur), sign. p. 256, num. 14 (in schedula adjecta jus civ. perg. num. 10), membranaceus, fol., continens post Institutiones Volumen, cui post Novellas intermixta sunt tria folia, quibus scripturae saec. 14ti juridica continentis vestigia deprehenduntur. Haec singula diversae aetatis sunt. Institutiones 13ti saec. ineuntis esse videntur, subscriptionem Prooemii habent, rubricis titulorum, licet rarissime, v „cap." adjiciunt; Graecorum extant vestigia, iis, quae proxime superiori codice leguntur, non inferiora, imo interdum pleniora; arbori consanguinitatis destinatum folium vacuum est. Glossa Ante-Accursiana, cui multae Authenticae immixtae sunt. Post finem Institutionum sequuntur nonnulla eorum capitum, quae introductionis gratia codici Argentinensi antiquiori (num. LXXII) praemissa sunt, alterum incipiens verbis „Sicut liberalium artium", alterum „De jure tractaturus". Finem faciunt versus aliquot memoriales. [65])

meridibus: Literarischer Verkündiger, 1812, pag. 370; b. Koenig, Altdorfiensis (quod scimus e literis ab eo ad bibliothecae praepositum datis, codici adjunctis, et ex ipsius Monacensis codicis lectionibus, quas ab eo editioni Institutionum adjectas atque a cl. Buchero nobiscum communicatas ante oculos habemus, cum hujus codicis lectionibus omnino convenientibus), collationem priorum 10 ejus titulorum fecit. Ill. Cramer eundem vidit, nobisque inter optimos, quos inspexerit, laudavit. Aetatem codicis Koenig literis supra laudatis propter multa in eo comprehensa scribendi compendia 14ti saec. esse voluit; quae autem ratio, quum juridici libri ab antiquissimis inde temporibus saepe ita scriberentur, minimi momenti est. Saeculo 12mo ob totum scripturae habitum eum adscribere nulli dubitamus.

65) Hic Codex b. Schwarzio (ad Prooemium Inst. pag. 7.) et cl. Spangenbergio est Augustanus III., idem, unde illustr. Savignius (Zeitschrift Bd. 2. p. 108.) Novellas haud paucas in

CXVIII. Monacensis, ej. bibl., antea B. V. M. (beatae virginis Mariae?) in Caesarea, sign. in tergo 32 et iterum 248, in priori ligaturae parte 16, in schedula adjectâ Perg. lat. 40; membranac., fol.; continens Institutiones et libros Feudorum, cum Glossa Accursii. Est 14ti saec., pure diligenterque scriptus.

CXIX. Monacensis, ej. bibl., num. 159. (folium primum integumenti causa adjectum habet num. 2237), membranac., fol., saec. 13tii; Glossa Accursii.

CXX. Monacensis, ej. bibl., sign. Msc. lat 53; membranac., fol., diligenter literisque minutis saec. 13. scriptus. Glossa Ante-Accursiana, cui haud raro litera M. (Martinus) subscripta est. Post Institutiones sequitur arbor consanguinitatis, coepta tantum, loculis vacuis; tunc tituli Digestorum de verborum significat. priora 199 capita et 200mi initium eadem manu conscripta, ex magna parte cum inscriptionibus plenis. Iterum Glossa Ante-Accursiana.

CXXI. Monacensis, ej. bibl., num. CVII. (intus 587), antea bibl. ecclesiae collegiatae Lateranensis ad S. Nicolaum prope Passaviam; membran., formâ quaterna; praeter Institutiones continens Bibliorum Concordantias et Ethicorum Aristotelis versionem latinam. Scriptura est 14ti saeculi, crassa sed diligens. Institutiones, raro ea aetate exemplo, Graecorum optima vestigia habent; margini septem priorum foliorum Glossa Ante-Accursiana adjecta erat, quam licet postea fere ubique erasam, magna ex parte ab Azone, nonnunquam ab Joanne Bassiano profectam esse, ex subscriptionibus patet. Quare qui propter utrumque, tam Graecorum vestigia, quam hujusmodi Glos-

vulgatis codd. non extantes protraxit; cujus Graeca ut optima, quae umquam in codd. Institutionum viderit, ill. Cramer in literis ad nos datis laudat.

Glossam, hunc codicem a longe antiquiori transsumtum esse existimarit, ex nostra quidem sententia non errabit.

CXXII. [66]) Lipsiensis, bibl. Paulinae, num. 14. 870; membranac., saec. 14; deficit in l. 4. t. 6. (de actionibus). Glossa ordinaria. [67])

CXXIII. Lipsiensis, ej. bibl., num. 16. 871.; membran., cum Volumine, saec. 14; scriptura major, aequalis, elegans. Glossa ordinaria. [68])

CXXIV. Lipsiensis, ej. bibl, num. 15. 872.; membran., saec. 14; scriptura inaequalis et parum elegans. Glossa ordinaria. [69])

CXXV. Rinckii, antecessoris Altorfensis, codex; membranaceus; subscriptionis Prooemii pars extat. Glossa ordinaria. [70])

CXXVI. Warnkoenigii, Prof. Leodiensis; membranae, fol. Complectitur praeter Institutiones (deficiente tamen lib. 2. tit. 1. circa medium usque ad finem tituli 17.)

---

66) Trium Lipsiensium, qui jam sequuntur, b. Schwarzius (in Schol. philol. ad Prooem. Inst.) primus notitiam dedit. Iisdem usi sunt b. Platner (in Spec. nov. edit. Inst. Lips. 1759) et Biener (in edit. Institutionum). Nos Beckio, Professori Lips., accuratiorem eorum notitiam, et Hauboldo certam definitionem de eo, cuinam Schwarzianorum et Bienerianorum singuli respondeant, debere profitemur.

67) Hic codex est Schwarzio et Platnero Lips. 1, Bienero Lips. 4.

68) Schwarzio, Platnero et Bienero Lips. 2.

69) Schwarzio, Platnero et Bienero Lips. 3.

70) Hujus codicis notitiam Schwarzius (in Schol. philol. ad Prooem. Inst.) dedit; ipse ejusdem lectiones e duobus primis Institutionum libris ad marginem Boehmerianae editionis adnotavit. Quod illius editionis exemplar quum hodie sit Ortloffii, Prof. Jenensis, isque ejus usum nobis liberalissime concesserit, hunc codicem, quamvis, ubi nunc sit, nesciamus, tamen inter extantes (certe pro dimidia parte) nobisque parabiles enumerari licuit. E Rinckiana in Palmianam bibliothecam, ante paucos annos divenditam migraverat (Hirsching Beschreibung sehenswerther Bibliotheken. III, 598-599. 614.)

Novellas. Institutiones saeculo XIII exaratae, Novellae illis antiquiores videntur. Prooemii Inst. subscriptio extat (?). Glossa ordinaria deest, brevior extat, cui in Institutionibus saepius subscriptum est M., P., Az., interdum Acc. Eae autem notae, quibus Acc. subscriptum est, sensu cum Accursianis glossis convenientes, aliis verbis conceptae sunt. Septendecim hujus codicis folia rescripta sunt, quorum pristina quoque scriptura juridica continere videtur. [71])

§. 2. De aliis quibusdam codicibus.

Hisce codicibus (gratia sit benevolae multorum virorum diligentiae), accuratius notis, de aliis quibusdam nobis minus notis pauca, quae de iis comperta habemus, ad complendam hancce notitiam literariam coronidis loco adjicere juvabit. Initium fiat a Seissensteinensi, qui saeculi X esse fertur. [1]) Quae veneranda aetas nos impulit, ut multam operam impenderemus ad explorandum, ubinam locorum hic codex nunc adservetur. At frustra! Coe-

71) Notitiam hujus codicis possessori debemus. Priorum aliquot possessorum nomina codici adscripta sunt, quorum primus magister Theodoricus Sonegrensis, recentior aliquis Archidiaconus Cambracensis. Warnkoenigius hunc codicem a. 1822. a bibliopola Bruxellensi emit.

1) Jos. Ant. de Riegger (Alte und neue civilistische Literatur. fasc. I. p. 15—34) brevem codicis descriptionem et lectionum specimen praestat., unde notamus, membranaceum, 100 foliorum (in fol.) esse, decimi ad minimum saeculi, Glossam Leges concordantes continentem a recentiori manu adjectam. Quae quum Ante-Accursiana etiam e specimine ejus a Rieggero adscripto esse videatur, nihil est, cur pro falso habeamus, Institutiones ipsas saeculo X scriptas esse, id quod Riegger, recens a Vindobonensium codicum inspectione, aliorum etiam harum rerum gnarorum auctoritate nitens, pro certo asserit. — Spangenb. p. 540 hunc cod. nullius momenti esse dicit auct. Hugonis (Rechtsgesch. edd. 3. 4. §. 293.), hodie tamen illam sententiam non amplius defendentis.

nobio enim Cisterciensium Seissensteinensi, e cujus bibliotheca Riegger hunc codicem protraxerat, jam Imperatoris Josephi II. temporibus sublato, vir doctus nobisque amicus Riecke, seminarii theologici Tubingensis Repetens, dum Seissensteini esset, nihil certi de codice illo expiscare potuit. Hoc unum certo compertum habuit, ante paucos annos, quod tunc reliquum erat bibliothecae Seissensteini, divenditum esse, ex qua auctione, vel potius a mercatore quodam Marbacensi, fere omnium librorum emtore, antiquitatum juridicarum amatorem, Regensdorferum, justitiarium Pesenbergensem, librorum msctorum et impressorum juridicorum potiores sibi quaesivisse; ruinoresque praeterea accepit, Vindobonam et in coenobium Melkense prioribus jam annis rariores e penu Seissensteinensi libros translatos esse. Ad omnes vero epistolas, quas haud paucas Pesenbergum, Vindobonam et ad alia loca de ea re transmisimus, vel nihil, vel nihil tale nobis rescriptum est, unde recentius vestigium certum deperditi illius thesauri hauriri possit. Quod enim e literis cl. Kaufmanni Vindobonensis ad nos benigne datis constare videtur, in Melkensi coenobio hunc codicem non extare, id tantum praestare potest, ut alibi potius, quam Melki, ulterius quaeratur. Dum forte alii nobis feliciores sint, paucula tantum, quae Riegger ex eo excerpsit, in usus nostros vertere licebit [2])

Reliqui codices in Germania extantes, quorum aliquam notitiam habemus, omnes longe recentiores sunt.

Erfordiensis, bibl. universitatis, fol., saec. 15ti, c.

---

2) Schraderi opinio (Abhandl a. d. Civilrecht p. 201), Seissensteinenses libros Monacum translatos esse, quum coenobium illud numquam Bavaricum factum sit, falsa videtur. Sic certe b. Hufelandius, dum Wirceburgi esset, Schradero scripsit. Aliud autem ill. auctor libri, qui Hauschronik inscribitur, p. 197, statuere videtur. Quicquid autem istud sit, ne ille quidem ullum hujus codicis vestigium invenit.

Glossa ordinaria, usque ad l. 1. t. 2. (de auctor. tut.) adjecta.

Erfordiensis, bibl. Amplonianae, num. 150, script. per „Kerler de Plaubeurn", Erford. 1465; fortasse etiam alius, ejusdem bibliothecae, 15ti saeculi, scriptus per Just. Sprengerum de Hidersen. [3])

Vindobonae, in bibl. imperiali, cod. 650 histor. profanae quaedam e titulis 8. 9. 10. libri 3tii Institutionum, saec. 14to scripta habet. In coenobio Scotorum Vindobonensi codex Institutionum extat. [4]).

Duo alia folia membr., quibus insunt fragmenta Institutionum, clar. Beck, antecessor Lipsiensis, possidet.

Helveticorum codicum praeter eos, qui supra recensiti sunt, integros nullos novimus. Certe Tigurinus is, quo Hotomannus in sua Institutionum editione adornanda usus est, hodie neque in biblioth. Senatus, neque in Carolina extare videtur: ita nullum ejus vestigium, quamvis diligenter in locis ipsis sciscitantes, invenimus.

In involucro autem exemplaris Melanchthonis locorum praecipuor. theologicor., in bibl. Carolina Tigurensi, signat. Gal. IV, 137. adservati cl. Dr. Bluhme, Gottingensis, fragmenta lib. 3. tit. 26. 27. (d. societate et mandato) saec. 14ti, c. Gloss. Accurs., deprehendit.

In Batavia cl. Warnkoenigius, omnium bibliothecarum diligens inquisitor, codicem Gandavensem, bibl. univers., 13tii saeculi, indicavit.

In Polonia codices librorum juris Justinianei 15ti saec., inter quos Institutiones esse autumamus, Pulavii in bibl.

3) In bibliotheca Universitatis servatum Clossius vidit; biblioth. Amplonianae priorem experientissimus Med. Dr. Erhard, hujus biblioth. Bibliothecarius, nobis indicavit, de posteriore aliunde audivimus.

4) Hauschronik, pag. 218, cujus libri auctori hic codex nullius momenti visus est.

principis Czartoryskii adservari, cons. Macieiowskyus, antecessor Varsoviensis, nobis notum fecit.

In Gallia plures, quam quos supra recensuimus, omnino extant; num autem multi et notatu digni, dubia res. In ipsa urbe Parisiorum in bibl summi tribunalis (cour de cassation), teste catalogo recens impresso, codex Institutionum, formâ quaterna, quae antiquioribus propria esse solet, signo F. 12. 5. adservatur, qui autem, dum Clossius ibi moraretur, inveniri nequivit. Unum folium membr., saec. 14ti, Institutionum l. 3. t. 14. pr. — §. 4. continens, in bibliotheca fratris regii (Biblioth. de Monsieur) cum Digesto vetere (sign. Ms. Lat. Jurisprud. 67 A.) adservatur. Aureliani, teste catalogo, noviter impresso, in bibl. publica chartaceus codex Institutionum habetur.

Massiliensis bibl. publica aliquot codices Instit. chartaceos, recentioris aetatis, similemque unum bibliotheca publica Carpentoractensis (Carpentras) habet. [5])

Lugduni Galliarum, si fides habenda est catalogo 1812 typis exscripto, sunt praeter cod. supra num. LXXX. recensitum Institutiones (sign. num. 305), forma quaterna, recentissima manu scriptae, atque in margine hic ibi cum jure Franco-gallico collatae. Codicem ipsum neque Clossio neque Haenelio inspicere contigit. [6])

Tandem in Italia, Brixiae, Institutiones c. Volumine 13tii saec., c. Accursii Glossa cl. Bluhme vidit.

---

5) Cons Haenelius. Professor Lipsiensis, qui, optime praeparatus, et raro studio literario incensus nunc Gallicum et Hispanicum iter facit, quo bibliothecas illarum regionum pro bono publico jurisprudentiae excutiat, nunc plerisque Galliae australis civitatibus inspectis solos Massilienses Institutionum codices supra indicatos et perpaucos Digestorum Codicisque interque eos unum Digestorum notatu digniorem invenit. Ita praeter omnem expectationem pauperes illae bibliothecae sunt. Utinam Hispanicae meliora praebeant! Quod et orbi literario et doctissimo Haenelio ex animo apprecamur.

6) E catalogo bibl. Lugdunensis fortasse quis codicem num.

### §. 3. Generalia de habitu codicum supra enumeratorum.

Jam vero eorum, quae de toto codicum supra enumeratorum habitu exposuimus, praecipuam partem generatim recensebimus, id quod ad delectum codicum, de quo mox agemus, proxime pertinet, et unde fortasse etiam modi, quo tales codices scribi solebant, cognitio aliquid incrementi capiet.

Primo aetatem considerabimus. Cognitum nobis est antiquissimorum codicum uncialibus literis exaratorum unicum idque parvum fragmentum (supra Num. XCI.), saec. 6-8vi; ex 9-11mo saeculis, i. e. tempore licet recentiore, tamen Ante-Bononiensi, 3 codices, unus (num. I.) noni, unus (Num. XC.) decimi, aliquatenus mancus, unus (Num. XXX.) undecimi saec.; 12mi saec., i. e. Bononiensis, at Ante-Accursiani aevi 10 Codices (N. II, III, XXV, XXXI, LI, LXX (?), LXXXI, LXXXV, CXIV (?), CXVI); 13tii saec. 29 codd.; 15ti saec. 16 codd.; reliqui, i. e. plus, quam dimidia pars omnium, saec. 14ti sunt. (1) Materia, cui hi codices, paucis exceptis, inscripti sunt, membrana est. Chartaceos novem cognitos habemus, eosque, quorum quidem aetas nota est, omnes 15ti saeculi. Augeri autem poterit hoc potissimum genus ex iis, quos §us antecedens indicavit.

Forma plerorumque ea est, quam „in folio" vocant, octo tantum (I, LIV, LXXXI, LXXXV, XCI, CX, CXVI, CXXI) „in quarto", tres (LI, LII, LXXII,) „in octavo", unus LXXVIII „in duodecimo" scripti sunt. Quorum major

---

310. pro Institutionibus habebit, qui autem, teste Haenelio, Definitiones tantum e libris legalibus extractas continet.

1) Hi numeri non omnino accurati sunt, tum quia nonnullorum aetas, ut plerorumque Vindobonensium, non certe nota est, tum quia haud pauci in duorum saeculorum confinio versantur; at sufficiunt numeri etiam minus accurati ad rationem diversarum aetatum generatim definiendam.

pars (I, LI, LII, LXXII, LXXXI, LXXXV, CXVI) libros antiquiores, qui nempe, 12mi, 13tii saeculi, complectitur. Hinc itaque ex formâ etiam verisimilia de aetate codicum inferre licet. Argumentum vero codicum si spectamus, et quidem primum id, quod ad genuini contextus integritatem pertinet: Prooemii subscriptio desideratur in plerisque. Deprehenditur vel integra vel pars ejusdem in 9 solis codicibus, nimirum iis, qui Bononiensem aetatem antecedunt, fere omnibus, N. I, XXX, XCI (quibus unicus ex illa aetate reliquus, XC, fortasse ideo tantum non accensendus est, quia Prooemium ipsum antiquae scripturae deest); a Bononiensi aetate inde rarius, e duodecimo saeculo semel vel bis, in recentiori parte cod.. XC et LXXXV, e 13tio bis vel ter, XLVIII, CXVII, CXXVI (?); e 14to, si huic etiam N. CXXV adscribendus est, bis, VI et CXXV.

Numeri titulorum sive capitum etiam rarius leguntur, at hi quoque potissimum in antiquioribus, Ante-Bononiensibus, I, XC; 12mi et 13tii saeculi II, III, V, XL, LII, LXXXV; 14ti saec. CXII.

Rubricis titulorum sive capitum plerumque nullum, tale quid significans, vocabulum praemittitur; in quibusdam autem, licet non antiquissimis, tamen antiquioribus, rarissime in recentioribus „Kap" i. e. caput, numquam, quod scimus, vox „titulus" additur, nempe III, LI, 12mi; V, XL, XLVIII, LXXII, CXV, CXVII, 13tii; CXII 14ti saeculi. — Graecorum, quae hic quoque fere nusquam omnino desunt [2]), bona vestigia omni aetate rarius, novissimâ numquam inveniuntur, nempe ex Ante-Bononiensibus in cod. XC; e 12mo saec. in codd. III, LXXXV, CXVI; e 13tio in codd. V, CXVII; e 14to in codd. LXIX, CXXI. Eadem de arbore consanguinitatis valent, quam ex antiquissimis habet cod. XC (ad marginem), ex antiquiori-

2) Cf. Clossii descriptio codicum Dig. vet. pag. 256, Schraderi ed. titulor. Digest. pag. XVIII.

bus cod. II (et quidem bis), LI, CXX (IIItio quoque et CXVIImo, quod e spatio vacuo relicto apparet, addi debebat), e recentioribus cod. LXXI (nisi hic ipse ad antiquiores referendus est) et XXVIII.

Haud raro Institutionibus alia juncta sunt, ter totum corpus juris Justinianei in codd. LXXIV, CXIV et uno Vindobonensium (12mi, 13tii, 14ti saeculi); in 34 codd. ea pars corporis juris Justinianei, quae Volumen audit, vel integra, vel sine libris Feudorum addita est, qui codices omnes 14ti aut 13tii saeculi, i. e. Accursiani sunt, et quidem minor tantum numerus (quae etiam minor pars omnium est), 10 (XXVII, XL, XLVIII, LIII, LXXXII, LXXXIV, LXXXVI, C, CIX, CXVII) 13tii saeculi; eorumque in nonnullis ea, quae Institutionibus addita sunt, etiam ad 14tum saeculum pertinent. Fuit itaque mos, 13tio saeculo incipiens, 14to valde frequentatus, Institutionibus Volumen adjungere. In iis iterum codicibus, qui 15to saeculo scribebantur, ab hoc more recessum est, qui tamen in impressis denuo apparet. — Hisce proxime accedant, quibus Voluminis pars adjecta est, quorum antiquissimus est V, saec. 13tii ineuntis, cui Novellae additae sunt; libri Feudorum soli extant in 5 codicibus 13tii, 14ti, 15ti saeculi (IX, LXIII, LXVII, CX, CXVIII); priores tituli libri 10mi Codicis in uno 14ti saeculi (XXXVII), particulae quaedam Jur. feud. in uno (XXXV). — In nonnullis antiquioribus codd., uno 11mi, uno 12mi, duobus 13ti saeculi (III. V. XXX, LXXII) additur Cod. 9, 13 (d. raptu virgin.) l. un. Quod additamentum, ob tit. Inst. fin. §. 8, ubi haec constitutio laudatur, factum, fortasse adhuc 14to saeculo invenitur in cod. LXXI (nisi hic codex antiquior est).

Ejus quoque moris, qui in editionibus 16ti et 17mi saeculi frequentabatur, titulos Digestorum ultimos Institutionibus addendi, initium saec. 13tio habetur, cum cod. LXII et CXX tit. d. V. S. priores leges additae sint.

Aliquot titt. Digestorum cum aliis, etiam variis juridicis tractatibus, recentius addebantur in codd. IX, XXII. Quod, non multo minus, quam si in integumento loca Digestorum, Codicis, vel alia sive juridica sive non juridica habentur (id quod hic ibi invenitur), casui tribuendum videtur, neque accuratiore expositione dignum est. Neque illud absimile est, quod in uno Ante-Accursiano (Num. LXXXI) accidit, quaedam Ciceroniana et fragmentum Breviarii Alariciani adjecta sunt; quodque in aliis duobus CXVI, CXXI collectiones aliquot Canonum adjunctae sunt. Id porro silentio non praetermittendum est, antiquioribus codicibus interdum jus illius aevi recentius adjectum esse, cod. Ante-Bononiensi num. I. Ottonis constitutionem, Ante-Accursiano num. II. Longobardici juris capita quaedam, et quidem haec ita, ut ei Institutionum capiti, quod similia tractat, immiscerentur. Haud absimile est, quod in alio Ante-Accursiano codice (num. LI.) formula testamenti immixta textui est. — Denique introductoria nonnulla ab antiquiori inde tempore interdum adjecta sunt, primum Justiniani vita (aevo Ante-Bononiensi cod. I), qualis iterum in editionibus potissimum 16ti saeculi frequentabatur, mox alia philosophica et historica cum jure Justinianeo et Institutionibus proxime connexa (num. LXXII et CXVII, qui, licet 13tii saeculi, tamen ad Ante-Accursianos referendi sunt, quorum prior, aliquatenus recentiori scriptura, ea, quae codex CXVII complectitur, additis haud paucis aliis, repetit), vel Breviationes Institutionum, Decretorum, Petri exceptiones (in Ante-Accursianis codd. LXXXV, LXXXVIII), Summa Codicis (in Anteaccursiano LII).

Notae plerisque codicibus adjectae sunt, et maximam quidem partem Glossa Accursiana. In codd. Ante-Bononiensibus sunt partim philologicae (I. XXX), partim historico-juridicae (XC); recentiores Ante-Accursiani, quos

quidem accuratius novimus, omnes fere tales notas admixtas habent, quales ab Accursio excerpebantur, imo sunt codices nonnulli 13tii saeculi, ideoque forte Accursio recentiores, ab Accursianis Glossis vacui, et antiquioribus illis instructi, codd. nempe V, XL, LII, LXXII, XCVIII (?) CXVII, CXX, CXXVI, vel qui, erasis notis, forte Ante-Accursianis, a recentiori manu Accursianas habent, (CXLVIII, LVI, C, CXV). Neque mirum: cur enim, statim post Accursianas notas perscriptas, omnes, qui tunc exarabantur codices, antiquiores respuendo, has receperint? Quod autem uno codice 14ti saeculi (CXXI) Ante-Accursiana Glossa scribebatur, licet postmodum deleta, pro singulari librarii ejus codicis errore habendum, minime crebriori illius temporis mori tribuendum videtur. Cod. LXXI, qui etiam 14to saeculo tribuitur, forsan antiquior est. — Epitomae Novellarum, quas Authenticas vocant, hisce Ante-Accursianis notis fere omnibus immixtae sunt: omnium enim codd. hisce instructorum, quorum marginem accuratius inspeximus (II, III, V, LXXXV, CXV, CXVI, CXVII), in uno CXVI Auth. nullas deprehendimus. Longe autem rarius Accursianis Glossis immixtae sunt, quod praeter codicem Gottingensem (XVI), hanc ipsam ob rem celebrem, nusquam vel observavimus, vel ab aliis observatum scimus. — Accursianis Glossis Post-Accursianae haud raro, et quidem potissimum a recentiori manu adjectae sunt, id quod circa 12 codices 13tii et 14ti saeculi adnotavimus. In codicibus 15ti saeculi interdum usu venit, has notas recentiores cum Accursianis in unum conjungi miscerique, ut codd. XIX, LXXV. — Septemdecim tantum codices sunt, quibus vel nulla vel fere nulla adnotatio adjecta est, eorumque quatuor tamen (quod e relicto spatio vacuo conjici licet) ita scripti, ut Glossam ordinariam adjicere librario propositum fuisse appareat. Reliquorum 13 cuivis aevo haud multum inaequalis pars tribuenda videtur, et quidem codex XCI Ante-

Bononiensibus, XXXI, LII, LVI (?) et LXXXI Ante-Accursianis, XXII, XXXV (?), LXXVIII 15to saeculo. Ea tantum inter antiquiorem et recentiorem partem ejus aevi, cujus codices excussimus, differentia intercedere videtur, quod ab initio breviores notae, postea prolixiora commentaria addi solebant. — Ea quoque diversitas codicum; quod alii multas, alii paucas correctiones lectionesque a secunda manu additas, sive etiam variantes habent, hîc non transeunda est. Indicabimus autem, quae eo pertinent, non tantum secundum ea, quae e codicum lectionumve inde depromtarum tractatione meminimus, sed etiam post factam dinumerationem omnium eo pertinentium in Prooemio lectionum. Invenimus autem, plus quam dimidiam partem omnium codicum (63 inter 126) talia omnino habere, at plerosque rarius tantum; paucos saepius, ita nimirum, ut 9 correctiones in Prooemio maximum numerum efficiant. Variantes lectiones rarius indicatas quam correctiones factas reperimus, in 13 tantum inter codices 126. Sunt autem, qui hac ratione prae aliis eminent, codices num. VI (5, inter quas una varians), VII (4), IX (4), X (8, inter quas una varians), XIII (2, int. q. una varians), XV (4, int. q. una varians), XVI (5), XX (6, int. q. plures una variantes), XXI (5), XXII (2 variantes), XXXVI (1, multae correctiones in capitibus Prooemium sequentibus inveniuntur), XXXVIII (4), XLVII (4, int. q. variantes); XLVIII (8, inter q. variantes), LIII (5), LVII (5), LX (6), LXI (2, int. q. un. varians), LXIII (una varians), LXX (5 variantes), LXXII (7, inter q. un. varians), LXXV (7), CXVI (7), CXIII (9), CXX (una varians). Notatu dignum videtur, in eo catalogo nullum antiquissimorum codicum extare, quippe quibus plerumque nulla neque correctio neque varians adjecta est, nimirum quia seriori tantum aevo, variantibus lectionibus nimium auctis, librarii et lectores ad haec animadvertere coeperunt.

Antequam hunc locum relinquamus, catalogus eorum codicum addendus est, qui propter externum generalemque habitum inter notabiliores referendi esse videntur. Sunt autem

I. Bambergensis, noni saeculi, cum subscriptione Prooemii, numeris titulorum, Glossa philologica.

II. Bamberg., 12mi saec., cum arbore consanguinitatis, numeris titulorum, Glossa Bononiensi, Ante-Accursiana.

III. Bamberg., 12mi saec., cum numeris titulor., qui „Kapita" inscribuntur, bonis vestigiis Graecorum; Glossa Bon., Ante-Acc.

V. Bamberg., 13tii saec.; tituli inscribuntur „Kapita", et interdum numerantur; bona vestigia Graec; Glossa Azonis.

VI. Bamberg., 14ti saec., cum subscriptione Prooemii.

XIII. Wirceburgensis, saec. 13tii; deest Glossa Accursii; habet variantes.

XVI. Gottingensis, 13tii saec., correcturae haud paucae, cum Authenticis Glossae Accursianae admixtis.

XXV. Regiomontanus, 12mi saec., cum brevibus notis.

XXX. Parisiensis, 11mi saec., cum subscriptione Prooemii, notis potissimum philologicis.

XXXI. Paris., 12mi saec., sine notis.

XL. Paris., 13tii saec., cum numeris titulorum, qui „Kapita" dicuntur; Glossa a vulgata diversa.

XLVIII. Paris., 13tii saec., cum subscriptione Prooemii; tituli „Kapita" audiunt; habet correcturas non paucas, etiam variantes.

LI. Paris., 12mi saec., cum arbore consanguinitatis; tituli inscribuntur „Kapita"; Glossa Ante-Accursiana.

LII. Paris., 13tii saec.; titulos numerat; paucae notae.

LVI. Paris., 13tii saec.; Glossa, quae Ante-Acc. videtur, erasa.

LXIX. Norimberg., 14ti saec.; bona Graecorum vestigia.

LXX. Gottorpiensis, 12mi saec. (?); habet multas variantes.

LXXI. Dorvillianus, saec. 14ti (?), cum arbore consanguinitatis; Glossa non Accursiana.

LXXII. Argentinensis, 13tii saec.; titulos inscribit v. „Kap.“; Glossa Ante-Accursiana. Habet correctiones multas, nonnullas variantes.

LXXXI. Mediolanensis, 12mi saec., sine notis.

LXXXV. Taurinensis, 12mi saec., cum subscriptione Prooemii, hic ibi numeris titulorum, bonis vestigiis Graecorum; Glossa Ante-Accursiana.

XC. Taurinensis, 10mi saec., cum arbore consanguinitatis, bonis Graecorum vestigiis, numeris nonnullorum titulorum, notis historico-juridicis. Praemissa codici folia, quae 12mi saeculi sunt, Prooemii subscriptionem habent.

XCI. Veronensis, literis uncialibus scriptus, cum subscriptione Prooemii.

XCVIII. Vindobonensis, cum Glossa Ante-Accursiana.

C. Vindob., saec. 13tii; Glossa Ante-Accurs. erasa.

CXII. Monacensis, saec. 14ti; tituli inscribuntur „Kapita“.

CXIV. Hafniensis, saec. 12mi; nullae notae.

CXV. Crameri, saec. 13tii; legitur in titulorum inscriptionibus v. „Kap“; Glossa Ante-Accursiana erasa.

CXVI. Monacensis, saec. 12mi; tituli, licet rarius, inscribuntur „Kap“; arbor consanguinitatis; Graecorum optima vestigia; Glossa Ante-Accursiana. Extant multae correctiones.

CXVII. Monac., saec. 13tii; subscriptio Prooemii; titulis nonnunquam inscribitur „Kap“; Graecorum optima vestigia; Glossa Ante-Accursiana.

CXX. Monac., saec. 13ti; arbor consanguinitatis; Glossa Ante-Accursiana.

CXXI. Monacensis, saec. 14ti; Graecorum optima vestigia; Glossa Ante-Accursiana erasa.

CXXV. Rinckii, cum parte subscriptionis Prooemii.

CXXVI. Warnkoenigii, 13tii saec.; Glossa Ante-Accursiana.

## B) Lectionum accuratior dijudicatio.

### AA) *Introductio et praeparatio.*

§. 4.

Quum propter lectionum ipsarum virtutes libros mscr. evolvamus, ad illas autem e solo illorum generali habitu tute concludi non liceat, lectionum specimina adhibenda varioque respectu inter se conferenda erant. Quam in rem Prooemii et lib. 1. tit. 10. lectiones variantes, ad Gebauero-Spangenbergianam editionem relatas, vel ipsi excerpsimus, vel ab aliis enotatas accepimus. Haec autem capita ad illum finem ideo selegimus, quoniam a Schwarzio et Schradero [1]) e libris haud paucis excerptae lectiones illorum ipsorum capitum extabant. Cum autem codices quidam hic ibi manci essent, vel pleniores eorum collationes impetrare nequiremus, non ex omnibus omnino illae lectiones ad manus fuerunt. Deficiunt per utrumque caput in codice XC, e maxima parte utriusque capitis in codice XCI, e Prooemio in codd. LXV, LXXVII, LXXXVI, XCIII, e tit. 1, 10. (d. nuptiis) in codd. XV, XX, XXV, LIV, ex hujus capitis majore parte in cod. XXXV, e particulis quibusdam alterutrius capitis in codd. LXVI, LXXXIII, XCV. Quare, quum capitis de nuptiis lectiones omnium longe majorem partem efficiant, et tales sint, e quibus potissimum ea, quae jam agimus, inferri licet, ii codices, qui in eo titulo deficiunt, segregandi fuerunt.

---

1) In illis Scholiis philologicis ad Prooemium Institutionum; hujus Abhandlungen aus dem Civilrechte, Hannover 1808. 8. et civilistische Abhandlungen, Weimar 1816. 8.

Quo facto superstites habuimus codd. I—XIV, XVI—XIX, XXI—XXIV, XXVI—XXXIV, XXXVI—LIII, LV—LXXXIX, XCII—CXXVI, de quibus accuratioris judicii ferendi periculum jam faciemus: sic tamen, ut ad sepositos illos sex codices, inter quos nonnulli optimae notae sunt, quatenus fieri licebit, respiciamus.

Istae vero multae collationes quo facilius inter se conferri possent, opus fuit omnium lectionum tabula comparativa, referente ad quamvis lectionem variantem codicum eam habentium numeros, licet non sine magno labore temporisque impendio confecta. Quam ut fundamentum omnium, quae de lectionum virtutibus sequuntur, huic libro adjungere in votis fuerat: quum autem nimis ampla sit, complectens nimirum plus minus 1500 lectiones, ejus specimina tantum in tabula IIda invenies. 2)

BB) *De familiis aliisque cognationibus codicum.*

§. 5. Quomodo eas investigarimus, generaliter disseritur.

Haec tabula, quum ante oculos esset, primum in familias aliasve cognationes codicum inquirendum erat, ne forte, dum haec ignoraremus, uni vel alteri familiae (ex ea vel omnes vel plurimos codices per totum librum conferentes, idque, in quo ii consentiant, pro omnium codicum consensu accipientes) nimium tribuendo haud leve vitium committeremus. Verum ita multum abfuit, quin e tabula illa statim singulorum codicum ad se invicem relatio in oculos incurreret, ut potius paucissimorum tantum accuratior connexio statim appareret, nimirum (e codicibus I—LXXVII, qui, dum hoc opus inciperemus, soli noti erant) cognatio codd. X, XIII, XLVI; XLVI, XLIX; XLIX, L;

2) In hac et omnibus aliis codicum tabulis conficiendis numeris Arabicis, quippe longe commodius celeriusque exarandis, usi sumus; jam autem, dum specimina tantum exhibenda sunt, ne confusio cum iis Arabicis oriatur, quos infra alio sensu adhibebimus, Romanos substituimus.

LXIII, LXVII. Quae quum nullo modo sufficerent, ars adhibenda fuit, qua magis abscondita, quantum fieri posset, detegerentur. Qua in re, utpote nobis nova — nam in familiis veterum impressorum definiendis primus statim adspectus, sine artificio, omnino sufficiebat — haud pauca tentamina, dum ad optimam methodum perveniremus, facienda erant. Methodum primo tentatam, e delectu quodam graviorum lectionum variantium familias constituendi, mox reliquimus, cum in iis omnem constantiam aequabilemque progressum ita deficere deprehendissemus, ut familias, si quae constituendae essent, non secundum certas rationes librariis ipsis exacte cognitas, sed quasi in obscuro et ex iis, quae sine librariorum deliberatione ab uno codice ad alterum propagarentur, ortas esse, nulli dubitaremus. Alterum, cujus experimentum haud longe felicius cedebat, id fuit, ut codices antiquiores a reliquis sejungeremus, visuri, anne illi ab his diversam familiam constituerent? Quod, ut hic ibi ita se habere videretur, tamen in longe pluribus et haud paucis etiam gravioribus lectionibus plane aliter evenit. Quamobrem hoc ultimum quoque aliquantisper seposuimus, ita tamen, ut, si qua aliâ via ad familias perspiciendas perveniremus, omnino totum codicum habitum, quocum scilicet familiae aliquantisper connexae viderentur, spectare nobis propositum esset. Quibus praelibatis eo pervenimus, unde cognationes codicum, si quae sunt, omnino et directo, at non sine multo labore erui debebant, puta ad accuratum earum lectionum, quibus singuli codices inter se vel conveniunt, vel a se invicem distant, examen. At hîc quoque gradus sunt. Singulorum enim codicum cum singulis aliis cognationes potissimum e consideratione lectionum earum, quas pauci codices inter se communes habent, elucescere existimandum fuit; majores contra codicum familias et quasi gentes recta via potissimum ex earum lectionum examine, quas major codicum numerus communes habeat,

beat, inveniri posse, augurari licuit. Simul autem id quoque facile perspici potuit, longe minore opera earum lectionum, quas pauci codices communes habent, quam earum, quae in multis codicibus leguntur, accuratum examen institui posse. Quam ultimam potissimum ob causam initium fecimus ab illis dijudicandis, et quidem, quum, quo tempore hoc examen instituebamus, codicum I — LXXVII lectiones nobis innotescerent, iis, quas 2 — 6 codices unâ habebant. Consideravimus autem hasce lectiones ita, ut non modo singulorum codicum inter se arctiores cognationes, sed etiam majorum familiarum initia et rudimenta inde quaereremus, sperantes, fore ut, his fundamentis jactis, laboriosius opus accurati earum lectionum, quas multi codices communes habent, examinis superfluum evaderet. Haec autem spes egregie nos fefellit, quum finito examine lectionum in paucis codicibus obviarum parva tantummodo et parum certa initia familiarum animadverteremus. Quare progressi sumus ad medium quoddam genus earum lectionum, quas 7 — 12 codices junctim habent, sperantes, fore, ut harum examen, facilius omnino eo, quod circa majorem numerum instituendum esset, id praestaret, quo contenti esse possemus. At quum hoc quoque experimentum haud multo felicius cessisset, tandem eam viam ingressi sumus, quae maximum quidem laborem parans, tamen, si quae generaliores familiae codicum sunt, eas certissimo indicare debebat, examen nimirum instituendo earum lectionum, in quibus magnus codicum numerus convenit. Quem in finem eas selegimus, in quibus 13 — 36 codices, i. e., quia e codicibus tunc notis I — LXXVII. quinque, ut in majore parte lectionum hîc considerandarum deficientes, segregandi erant, $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{2}$ omnium codicum conveniebant. Qui numerus ideo electus est, quia, ubi plures dimidia parte omnium codicum certae lectioni addicti sunt, hîc potius fere omnium codicum consensio, quam lectio certae familiae propria dicenda est; pars autem non minima, quam, ratione

numeri 74 habita, 13 et plures fere constituunt, cognationes quodammodo diffusas, quae familiae dici mereantur, potissimum indicare videtur. Harum lectionum consideratio iis, quas usquedum instituimus, longe magis frugifera non eas tantummodo familias, quarum vestigia maximâ ex parte incerta antea inveneramus, certius confirmavit, sed etiam haud leve iis incrementum addidit. Quibus experimentis eruditi methodum ipsam, alibi a nobis tenendam, jam sic constituimus, ut, dato magno codicum numero, si accuratiora de cognationibus eorundem scire volueris, quam quae primus adspectus docet, statim ad examen earum lectionum progrediaris, in quibus magnus codicum numerus convenit; quo facto, ut eas quoque cognationes, quae forte praeter familias usu veniant, cognitas habeas, istas quoque lectiones inspicias, quibus pauci tantum codices consentiunt; quod ultimum obiter tantum facere eo magis sufficiet, quia de ipsis familiis parum inde concludi posse videtur. His autem disquisitionibus ubivis junges totius codicum habitus considerationem, quippe qua interdum, quod ex internis sequi videtur, vel confirmari, vel in dubium revocari, vel melius excoli possit.

### §. 6. Specialia de eodem argumento.

Hisce generalibus observationibus praemissis, paulo accuratius exponemus, quomodo eâ via, quae se nobis maxime probat, ingressi simus? quaenam ita erutae sint familiae ceteraeque cognationes? quomodo eos codices, qui post peractam illam disquisitionem nobis innotuere, prioribus junxerimus? quidque inde de loco hisce adsignando nobis placuerit? Primum generalis lectionum tabulae, cujus specimina tabulâ secunda dedimus, epitomen fecimus, eas continentem, quibus 13 — 36 codices inter se conveniunt. Quam minorem tabulam, ut proximum omnium de familiis disquisitionum fundamentum, verum non secundum originariam ejus formam, sed ita continuatam, ut lectioni-

bus in eam receptis codices post num. LXXVII. nobis innotescentes, ubi cum iisdem consentirent, adderentur, infra (Sign. tab. III.) invenies [1]).

Ex qua tabula fundamentali, ut singulorum codicum comparationes satis commode et tuto institui possent, tot aliae, quot codices habemus, conficiendae fuerunt, eaeque sic adornandae, ut ex iis statim in oculos incurreret, quoties et quomodo singuli codices cum eo, cujus gratia specialis tabula conficiebatur, convenirent. Quarum specialium tabularum (quas juvenis optimae spei, juridicas et mathemathicas disciplinas aequali studio amplectens, Ioh. Chr. Mayer, Esslingensis, cui nostrae Institutionibus Iustinianeis dicatae curae alia quoque auxilia debent, diligenter concinnavit) specimen in tab. IV. invenies.

Ex hisce tabulis quae deduximus, haec sunt: primum (lineas horizontales dinumerando) quoties singuli codices cum multis aliis juncti sint (e tabula modo allegata Cod I. 24ter)? deinde quinam alii codices cum iis saepius, quinam rarius convenerint? magnusque an parvus numerus sit index rationis, quae intercedat inter numerum frequentissimarum conjunctionum et eum, qui significat, quoties is codex, de quo sermo est, hic inveniatur? (In specimine nostro cum cod. I. conveniunt cod. III. 14ter, II 13ies, XXIX. XXXIV. LXX 12ies, VIII. XXX. LII 11ies, XII. XLIII. XLIV. LIII. LVI. 10ies, IV. V. IX. XI. XXI. XXXII. XLI. LI. LVIII. LXXI. 9ies; parte minore quam quarta huc relatarum lectionum, i. e. hic quinquies vel rarius codd.

1) Haec tabula, ut omnes similes, quas confecimus, lectiones non eo sensu complectitur, ut a certa quadam editione recedentes sistat, sed ita, ut tales dinumeret, quae a consensu majoris partis omnium nobis notorum codicum recedunt, sive illae Cuiacianae (Gebauero-Spangenbergianae) sint, sive aliae. Quod, ut sic fieri debuisse per se patet, ita hic semel monuisse sufficiet.

*VI.* VII. X. XVII. XXII. XXIII. *XXVIII.* XXXVIII. XLII. XLV. XLVII. XLIX. *LV.* LIX. LX. LXI. LXII. *LXIII.* LXIV. LXV. *LXVI.* LXXVII, (quorum una lineola scripti, cursivis vero, quas dicunt, literis impressi eos significant, qui octava tantum parte vel rarius, i. e. hic ter vel minus inveniuntur; qui sedecima tantum parte vel rarius inveniebantur, quales autem rarius tantum, cum Cod. I. nullos invenimus, binis lineolis distinximus; neque unquam ternae lineolae subscribendae fuere, quod signum iis codicibus destinaveramus, qui in tabulis nostris numquam cum eo codice, ad quem ceteri referebantur, conveniret. Ratio denique intercedens inter numerum frequentissimarum cum Cod. I. conjunctionum et numerum lectionum hic consideratarum est $\frac{14}{24}$ i. e. fere $\frac{1}{2}$). Quibus inventis, ut accuratius statueremus, quinam arctissime atque ita, ut inde ad majores familias gentesque codicum tuto progredi liceret, cum eo codice, in cujus parentelam modo inquisivimus, juncti essent, denuo consideravimus, quaenam conjunctiones inter eos plus minus 10 codices, qui sigillatim spectati saepissime cum illo juncti erant, simul sumtos, vel certe inter magnam eorum partem, his ipsis casibus, quibus cum illo conveniebant, intercederent, dinumerantes nimirum, quoties tales plurium codicum, quoties potissimum longe majoris partis eorum (bessem sumsimus) conjunctiones invenirentur? et quaenam ratio inter hos numeros et eum intercederet, quo indicabatur, quoties ille codex, ad quem haec omnia referebantur, in tabula nostra extaret? postremo disquirentes, quoties quisque eorum plus minus decem codicum cum hisce plurium conjunctionibus faceret, quoties ab iis recederet? unde, singuline codices ad classem hinc forte deducendam certo et constanter, an parum et quasi titubante magis pede accederent, efficiebatur.

(Consideravimus itaque in exemplo supra indicato conjunctiones codd. II. III. VIII. XII. XXIX. XXX. XXXIV.

XLIII. XLIV. LII. LIII. LVI. LXX, vel omnium 13, vel 12, 11, et sic porro usque ad 6 cum Cod. I, quae sunt II. VIII. XXX. XLIII. LII. LXX (6); III. XII. XXX. XLIII. XLIV. LII. LIII. LVI. LXX (9); III. VIII. XXX. XLIII. LII. LIII. LXX. (7); III. XXXIV. XLIII. XLIV. LII. LXX (6); II. III. VIII. XII. XXIX. XXX. XLIII. LVI (8); II. III. VIII. XXX. XLIII. LII (6); II. III. VIII. XXX. XXXIV. XLIV (6); II. III. VIII. XXIX. XXX. LII. LIII. (7); II. III. VIII. XXIX. XXXIV. XLIV. LII. LIII. LVI (9); II. III. VIII. XII. XLIII. LII. LIII. LVI (8); II. III. VIII. XII. XXIX. XXX. XXXIV. XLIV. LIII. LVI. LXX (11); II. VIII. XII. XXIX. XXX. XLIII. XLIV. LXX (8); XII. XXIX. XXXIV. XLIII. LIII. LVI (6); XXX. XXXIV. XLIV. LII. LIII. LVI. LXX (7); XII. XXIX. XXXIV. XLIV. LII. LIII. LXX (7);
Unde 15 tales conjunctiones, 6 usque ad bessem omnium 13 (8), i. e., relatione facta ad numerum hoc loco cardinalem, 24, $\frac{5}{8}$ et $\frac{1}{4}$ invenimus. Quoties in 15 illis conjunctionibus magnae codicum partis ii singuli invenirentur, vel, subtractione facta a numero indicante, quoties singulis omnino cum Cod. I. juncti sunt, inde deficerent, tabula sequens monstrat.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Cod. | II | extat | 9ies, | deficit | (subtr. facta a | 13), | 4ter |
| — | III | — | 10 | — | — — | 14), | 4 — |
| — | VIII | — | 10 | — | — — | 11), | 1 — |
| — | XII | — | 7 | — | — — | 10), | 3 — |
| — | XXIX | — | 7 | — | — — | 12), | 5 — |
| — | XXX | — | 10 | — | — — | 11), | 1 — |
| — | XXXIV | — | 7 | — | — — | 12), | 5 — |
| — | XLIII | — | 9 | — | — — | 10), | 0 — |
| — | XLIV | — | 8 | — | — — | 10), | 2 — |
| — | LII | — | 9 | — | — — | 11), | 1 — |
| — | LIII | — | 9 | — | — — | 10), | 1 — |
| — | LVI | — | 7 | — | — — | 10), | 3 — |
| — | LXX | — | 8 | — | — — | 12), | 4 — |

Hinc, quum ratio deficientium ad extantes minor quar-

ta parte ($<\frac{1}{4}$) pro minimâ, dimidiâ tantum parte minor ($>\frac{1}{4}$, $<\frac{1}{2}$) pro mediâ, dimidia vel major ($\geq\frac{1}{2}$) pro magna habenda sit, hinc sequitur, ad familiam codicum hîc indicatam certo et constanter accedere

codd. VIII. XXX. XLIII. LII. LIII.,

minus constanter

codd. II. III. XII. XLIV. LVI,

parum codd. XXIX. XXXIV. LXX.

Quae omnia, ultimo loco positos codices ex iis, qui proxime ad classem accedunt, plane rejiciendo, et ad eos, qui tantum non procul ab ea stant, ablegando, primos cursivis literis signando breviter indicavimus, scribendo

II. III. *VIII.* XXI. *XXX.* *XLIII.* XLIV. *LII.* *LIII.* LVI.)

Ea omnia in tot codicibus repetenda paucissimis comprehendere opus erat, id quod nobis haud male cessit. Scripsimus enim v. c. omnia ad Cod. I. pertinentia, quae, ut familias inde deduceremus, ante oculos esse debebant, sic:

Cod. I. 24. sigillatim $\frac{1}{2}$, junctim $\frac{5}{8}$ ($\frac{1}{4}$).

1) I. II. III. *VIII.* XII. *XXX.* *XLIII.* XLIV. *LII.* *LIII.* LVI.

2) IV. V. IX. XI. XXI. *XXIX.* XXXII. *XXXIV.* XLI. LI. LVIII. *LXX.* LXXI.

contra *VI.* VII. X. XVII. XX. XXII. XXIII. XXV. *XXVIII.* XXXVIII XLII. XLV. XLVII. XLIX. *LV.* LIX. LX. LXI. LXII. *LXIII.* LXIV. LXV. *LXVI.* LXVII.

Quae, qui cum superioribus comparaverit, facile intelliget. Sic omnibus codicibus pertractatis, habuimus aliam tabulam fundamentalem ad multa a nobis, fortasse etiam ab aliis inde eruenda utilissimam, quam itaque sub calcem libri (tab. V.) interseri curavimus. Hîc in iis versibus, qui num. 1) signabantur, tot familiarum initia habemus, quot codices, at partim meliora, partim minus bona. Quo enim majore parte omnium lectionum singuli

alii codices cum certo quodam conveniunt (i. e. quo major est fractio post v. „sigillatim“ posita); quo saepius magna vel etiam maxima pars proxime junctorum codicum cum eo convenit (quo majores fractiones post v. „junctim“ positae sunt); quo minor pars codicum sigillatim saepissime cum eo, de quo quaeritur, junctorum a classe inde constituenda deficiunt (a versu „num. 1)“ signato in versum „num. 2)“ lineola subducta, rejecti sunt); quo major contra eorum pars ab illa classe fere numquam recedit (in versu num. 1.) lineola subducta signati sunt): eo melius et tutius familiam inde deducendi periculum fieri posse patet. Quibus animadversis tabulam fecimus codicum, cujus initium jam sequitur:

| | | |
|---|---|---|
| sigillatim | $> \frac{3}{5}$, | II. III. X. XI. XII. XVII. XXVIII. XXXI. XXXVII... |
| | $> \frac{1}{3}$, | I. IV. V. VI. VII. VIII. IX. XIII. XIV. XVI. XVIII... |
| junctim | $> \frac{3}{5}$, | I. II. III. VI. X. XI. XVII. XXII. XXIII. XXVI... |
| | $> \frac{1}{3}$, | IV. V. VII. VIII. IX. XII. XIII. XIV. XVI. XVIII... |
| junctim | $> \frac{1}{3}$, | X. XXX. XXXI. XXXVII. XXXVIII. XLVI. . . |
| usque ad | $> \frac{1}{6}$, | I. II. III. V. VII. IX. XI. XII. XVII. . . . . |
| bessem. | $> \frac{1}{10}$, | VI. VIII. XIII. XIV. XVI. XXI. . . . . |
| | $< \frac{1}{10}$, | IV. XXXIV. XXXVI. XLI. XLIII. LXVIII. . . . |
| rece- | o | II. III. VI. XVII. XXIII. XXVII. XXVIII. . . |
| dit | $< \frac{1}{5}$, | IV. VII. X. XI. XIV. XXII. XXIV. . . . |
| a | $< \frac{2}{5}$, | I. IX. XII. XIII. XVI. XVIII. XIX. . . . |
| classe | $\geqq \frac{2}{3}$, | V. VIII. XXI. XXIX. XXXII. XL. XLVII . . . |
| fere num- | $> \frac{1}{2}$, | II. III. VI. IX. XI. XVI. XVII. XXIII. XXVI. . . |
| quam a | $> \frac{1}{8}$, | I. IV. VII. X. XII. XIII. XIV. . . . |
| familia | $> \frac{1}{10}$, | XXI. XXXIII. XL. XLIII. LXX . . . |
| recedunt. | $\leqq \frac{1}{10}$, | V. VIII. XVIII. XIX. XXIX. LXXVI. . . . |

Hinc primum eos eligentes, unde, quavis ratione habita, optimam spem concipere debebamus,

scil. XXXI. XXXVII. XLIX. LXV. LXVI;

deinde eos, de quibus idem circa quatuor ex iis rationi-

bus valet, quas superior tabula continet, interque eas circa eam, quae tertio loco habetur, omniumque maximi momenti videtur, idque ita, ut in quinta secundum locum obtineant,

XXX. XXXVIII. XLVI. L;

tandem eos, de quibus idem circa alias quatuor illarum rationum ita valet, ut in quinta secundum locum obtineant,

II. III. XVII. LXI. LXII. LXIII. LXVII:

quaenam inde classium initia deducenda essent, vidimus. Fuerunt autem ex iis, quae de his singulis codicibus antea consignavimus, deducta:

1) e XXXI, I. III. IV. VIII. XXII. XXX. XXXI. XXXVI. XLIII. XLVIII. LII. LIII.

2) e XXXVII, XVIII. XIX. XXXII. XXXVII. XXXIX. LIII. LVII. LVIII. LXXVI.

3) e XLIX, X. XIII. XXII XXXIX. XLVI. XLVII. XLVIII. XLIX. L. LVIII. LXI.. LXVI. LXXVI.

4) e LXV, X. XIII. XXII. XXIX. XLVI. XLIX. L. LVI. LVIII. LXI. LXV.

5) e LXVI, V. X. XIII. XXII. XXXIX. XLIX. L. LXI. LXVI. LXVI. LXIX.

---

6) e XXX, I. II. III. VII. VIII. XII. XXII. XXIX. XXX. XXXI. LII. LIII.

7) e XXLVIII, XXII. XXVIII. XXIX. XXXII. XXXIV. XXXVIII. XLVI. LIII. LVIII. LIX.

8) e XLVI, VI. X. XXII. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI. LXVI. LXXVI.

9) e L, X. XIII. XXXIX. XLVI. XLVII. XLIX. L. LVIII. LXI. LXV. LXVI.

---

10) e II, I. II. III. XIII. XIV. XXII. XXIX. XXX. XLIX.

11) e III, I. II. III. VIII. XIV. XVI. XXI. XXIX. XXX. LI.

12) e XVII, IX. XIII. XVII. XVIII. XIX. XXIII. XXIX. XLVIII. LXXV. LXXVI.

13) e LXI, VI. X. XIII. XXXIX XLVI XLVII. XLIX. L. LVIII. LXI. LXVI LXXVI

14) e LXII, V. VI. XI. XXVI. XXVII. XXIX. XXXII. LVIII. LX. LXII LXIX.

15) e LXIII, XVI XXII XXVI. XXVIII. XXXII. XXXVII. XLVI. XLVII. XLVIII LIII. LVIII. LXII LXIII. LXVII.

16) e LXXVII, II. III. VI. XI. XIV. XVIII. XIX. XXI. XXII. XXIII. XXIX. LXXVI. LXXVII.

Harum serierum 1) num. 3. 4. 5. 8. 9. 13 ejusdem familiae esse inde, quod iidem codices in omnibus atque singulis istis seriebus existunt, primo statim adspectu apparet. Cujus certissima membra et velut fundamentum sunt

Codd. X. XLIV. L. LXVI,

iisque proxime accedentes XIII XXXIX. XLVI. LXVI, quippe qui in omnibus atque singulis illis sex seriebus vel ne semel quidem, vel semel tantum deficiunt. Deinde 2) jungi possunt propter similes causas num. 1. 6. 10. 11. Familiae hinc deducendae e simili comparatione pro certo fundamento habendi sunt codd. I. III. XXX,

iisque proxime accedunt codd. II. VIII. XX. XXIX.

Porro 3) e serie num 2.

XVIII. XIX. XXXII. XXXVII. XXXIX. LIII. LVII. LVIII. LXXVI.

familia fortasse deduci poterit.

Item 4) e seriebus 7. 15, quae communes habent codices

XXII. XXVIII. XXXII. XLVI. LVIII.

5) e seriebus 12. 16, quibus aequaliter insunt

XVIII. XIX. XXIII. XXIX. LXXVI.

Denique 6) e serie 14

V. VI. XI. XXVI. XXVII. XXIX. XXXII. LVIII. LX. LXII. LXIX.

familias deducendi periculum fieri poterit.

### §. 7. *Continuatio.*

Horum rudimentorum nullum certius familiae indicium est eo, quod primo loco posuimus, unde effinximus familiam primam; secundo loco positum, huic quodammodo accedens, praebuit familiam tertiam; tunc venit tertio loco scriptum, quod ad quartam familiam; mox quarto et quinto loco recensita, quorum illud cum quarta familia fere coincidit, hoc ad secundam [1]) familiam nos deduxit; postremo sexto loco scriptum, quod quintae familiae constituendae fundamentum fuit. Methodus autem, quae nobis optima visa est ad illa familiarum rudimenta examinanda, firmanda et excolenda, vel contra rejicienda, haec fere est:

Primum e tabula omnium harum disquisitionum fundamentali (tab. III) eas lectiones excerpsimus, in quibus magna pars codicum ad familiam quandam praesumtivam pertinentium convenit. Quarum lectionum probantium si sat magnus numerus extat, potissimum si earum haud paucae sunt, quae maximam illarum partem (plus besse) comprehendunt, familiam generatim pro confirmata habuimus. Tunc perreximus ad examinandos singulos eo pertinentes codices, qui, si magna parte lectionum totam familiam probantium cum ea conveniunt, hanc pro confirmata, si secus, pro rejecta habuimus. Denique ut de eo statui posset, quamnam rationem ceteri codices ad familiam ope superiorum melius constitutam haberent, denuo tabulam fundamentalem (tab. III) adivimus, quaerentes, saepiusne an rarius cum lectionibus familiam probantibus convenirent;

---

1) Familia tertia, quarta et secunda potius secunda, tertia, quarta dicendae erant; quum autem fortuito in schedis nostris familiae alio ordine spectatae, indeque nominatae sint, nomina illa multoties jam repetita, mutare eo minus voluimus, quia ex ea commutatione confusio oriri poterat, neque, ut hîc justus ordo servaretur, magni momenti esse visum est.

de iisque codicibus, quos haec disquisitio familiae esse vel prope ad eam pertinere suadebat, porro ea consuluimus, quae de singulis codicibus scripsimus, ut inde ad familiarum initia perveniremus. Haec omnia quo clariora fiant, totum apparatum, quo ad familiam I constituendam opus fuit, subjiciemus. Codices eo secundum superiora pertinentes sunt

X. XIII. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI (7).

Quam familiam probantes lectiones hasce invenimus

b) X. XXXIX. XLVI. (3); g) XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI (5);

h) XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI (5);

q) XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI (5);

x) XXXIX. XLVI. XLIX. L (4); $\overset{2}{b}$) XIII. XLVI. XLIX. L. LXI (5);

$\overset{2}{c}$) X. XIII. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI (7);

$\overset{2}{d}$) X. XIII. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI (7);

$\overset{2}{e}$) XLVI. XLIX. L. LXI (4); $\overset{2}{f}$ X. XIII. XLVI (3);

$\overset{2}{h}$) X. XLVI. XLIX. L. LXI (5); $\overset{2}{i}$) XIII. XLVI. XLIX (3);

$\overset{2}{l}$) X. XLVI. XLIX. L. LXI (5); $\overset{2}{m}$) X. XLVI. XLIX. L. LXI (5);

$\overset{2}{u}$) X. XIII. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI (7);

$\overset{3}{b}$) X. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI (6); $\overset{3}{g}$) X. XIII. XXXIX (3);

$\overset{3}{h}$) XIII. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI (6);

$\overset{3}{k}$) X. XXXIX. XLVI. L. LXI (5); $\overset{3}{l}$) XIII. XXXIX. XLIX. L (4);

$\overset{3}{p}$) X. XIII. XXXIX. XLIX (4); $\overset{3}{t}$) X. XIII. XLVI. XLIX. L. LXI (6);

$\overset{3}{v}$) X. XIII. XLVI. XLIX. LXI (5);

$\overset{3}{w}$) X. XIII. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI (7);

$\overset{4}{b}$) X. XIII. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI (7);

$\overset{4}{e}$) XLVI. XLIX. L (3); $\overset{4}{f}$) XXXIII. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI (7);

$\overset{4}{k}$) XIII. L. LXI (3); $\overset{4}{l}$) X. XIII. XLVI. XLIX. L. LXI (6);

$\overset{4}{\mathrm{m}}$) X. XIII. XXXIX. XLVI (4); $\overset{4}{\mathrm{n}}$) X. XLVI. XLIX. L. LXI (5);
$\overset{4}{\mathrm{o}}$) X. XLVI. XLIX. L. LXI (5); $\overset{4}{\mathrm{p}}$) X. XIII. XXXIX. XLVI (4);

Quae 33 lectiones, quarum 21 ad minimum bessem omnium ad familiam relatorum codicum comprehendunt, omnino ad constituendam eam sufficiunt; nam singulorum etiam codicum pauci sunt, qui toties, paucissimi, qui saepius in tabula lectiones multorum codicum referente inveniuntur, et magna omnino pars illarum lectionum fere omnes istos codices jungit. Progrediendo jam ad singulos codices eorum nullum ex hac familia excludendum esse facile patet, quippe quum in illis 33 lectionibus spectentur Cod. X 22$^{is}$, XIII 19$^{ies}$, XXXIX 19$^{ies}$, XLVI 29$^{ies}$, XLIX 25$^{ies}$, L 25$^{ies}$, LXI 23$^{er}$; hique singuli in tabula V$^{ta}$ plerumque fere totam familiam, ad minimum autem omnium eo pertinentium codicum plus dimidia parte ($\frac{4}{7}$) inter proxime sibi cognatos numerant. Comparatio deinde reliquorum codicum cum lectionibus hanc familiam probantibus instituta docet, cum iis convenire 21$^{el}$ LXVI, 19$^{ies}$ LVIII, 18$^{ies}$ XLVIII. LXV, 16$^{ies}$ LXXVI, 15$^{ies}$ V. XXII. XLVII, 14$^{ter}$ VI. XXXIII. XL. LVI. LXIX, 13$^{ies}$ XXIX. XXXII. XXXVIII. LX, 12$^{ies}$ XVI. XVIII. LI. LIII, 11$^{ies}$ IX. XI. XVII. XIX. XXVI. XXXVII. LVII. LXIII. LXXII. LXXIII. LXXV, omnes reliquos rarius. Illos si cum tabula V$^{ta}$ comparaveris, invenies,

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| cum LXVI | sub num. 1) | totam familiam convenire | | | | |
| — LVIII | — | XLVI. L. LXI, | sub num. 2) | XXXIX. XLIX, | in oppositis | nullum e familia, |
| — XLVIII | — | XIII. XXXIX. XLVI. XLIX. L, | — | X, | — | — |
| — LXV | — | X. XIII. XLVI. XLIX. L. LXI, | — | XXXIX, | — | — |
| — LXXVI | — | XLVI. XLIX. LXI, | — | X. L, | — | — |
| — V | — | XLVI. LXI, | — | XIII. XLIX. L, | — | — |
| — XXII | — | XLVI, | — | X. XLIX. LXI, | — | — |
| — XLVII | — | XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI, | — | nullum, | — | — |
| — VI | — | XIII. XLVI, | — | X. LXI, | — | — |
| — XXXIII | — | nullum, | — | XLVI. LXI, | — | — |
| — XL | — | XXXIX. XLVI, LXI, | — | X. XIII. L, | — | — |
| — LVI | — | X. XLVI, | — | XIII. XXXIX. XLIX. L, | — | — |
| — LXIX | — | XIII. XLVI, XLIX, L. LXI, | — | X. XXIX, | — | — |
| — XXIX | — | nullum, | — | X, | — | XXXIX. XLIX. L, |
| — XXXII | — | X, | — | nullum, | — | nullum |
| — XXXVIII | — | XLVI, | — | XXXIX, | — | — |
| — LX | — | XLVI, | — | XLXI, | — | — |
| — XVI | — | XLVI, | — | X, | — | XLIX, |
| — XVIII | — | nullum, | — | XLVI. LXI, | | nullum |
| — LI | — | XIII. XXXIX, | — | XLVI. L. LXI, | — | — |
| — LIII | — | nullum, | — | XLVI, | — | — |
| — IX | — | — | — | X. XIII. L. LXI, | — | — |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| cum XI | sub num. 1) | nullum, | sub num. 2) | XLVI, | in oppositis nullum e familia, | |
| — XVII | — | XIII, | — | XLVI. L, | — | — |
| — XIX | — | nullum, | — | XIII, | — | — |
| — XXVI | — | — | — | X, | XIII, | |
| — XXXVII | — | XXXIX, | — | XLVI | nullum, | |
| — LVII | — | XXXIX, | — | X. XIII. XLVI, | — | — |
| — LXIII | — | XLVI, | — | X. XXXIX. XLIX, | — | — |
| — LXXII | — | nullum, | — | L, | — | — |
| — LXXIII | — | — | — | XLVI. XLIX. L. | — | — |
| — LXXV | — | XLVI, | — | XXXIX. LXI, | — | — |

Hinc familiae ipsi omnino addendi sunt codd. LXVI. LXV, quippe qui omnes plus dimidia parte omnium familiam probantium lectionum cum ea facientes, simul vel totam familiam, vel uno tantum codice demto, inter proxime sibi cognatos numerant, idque ita, ut et reliquus ille inter cognatos secundi loci referendus sit. Proximis deinde familiae cognatis adscribendi sunt

LVIII. XLVIII. LXXVI. V. XLVII. XL. LVI. LXIX,

qui singuli vel cum majore quam dimidia parte omnium familiam probantium lectionum, vel ad minimum fere cum dimidia earum parte (14) conveniunt, et ad minimum quinque ad familiam pertinentium codicum inter — vel proxime vel secundo loco — conjunctos numerant, eorumque duos ad minimum inter proxime cognatos. Veniunt postremo loco remotiores familiae cognati

XXII. VI. LX. LI. XXII. XXXVII. LVII. LXIII. LXXV,

quippe qui singuli ad minimum in tertia parte lectionum familiam probantium (11) cum ea conveniunt, simulque ad minimum tres ad familiam pertinentes codices, cognatos sibi proxime vel secundo loco, eorumque ad minimum unum inter proxime cognatos numerant, neque ullum ad familiam pertinentium codicum inter contrarios sibi habent. Reliqui remotiores stant, quam ut huc referri mereantur.

Ex his omnibus efficitur, familiam I constare codicibus

X. XIII. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI. LXV. LXVI,

ejusque cognatos esse

*V.* VI. XVII. XXII. XXXVII. *XL.* *XLVII.* *XLVIII.* LI. *LVI.* LVII. *LVIII.* LX. LXIII. *LXIX.* LXXV. *LXXVI*,

quorum proximi cursivis literis insigniti sunt.

Simili fere methodo adhibita ab initio 2dae familiae supra relato incipientes, lectionesque probantes hasce 31: f. q. r. s. u. v. y. z. $\overset{2}{\text{e}}$. $\overset{2}{\text{l}}$. $\overset{2}{\text{n}}$. $\overset{2}{\text{p}}$. $\overset{2}{\text{q}}$. $\overset{2}{\text{w}}$. $\overset{2}{\text{z}}$. $\overset{3}{\text{b}}$. $\overset{3}{\text{i}}$. $\overset{3}{\text{m}}$. $\overset{3}{\text{p}}$. $\overset{3}{\text{q}}$. $\overset{3}{\text{r}}$. $\overset{3}{\text{v}}$. $\overset{3}{\text{x}}$. $\overset{4}{\text{a}}$. $\overset{4}{\text{e}}$. $\overset{4}{\text{f}}$. $\overset{4}{\text{h}}$. $\overset{4}{\text{i}}$. $\overset{4}{\text{k}}$. $\overset{4}{\text{o}}$. $\overset{4}{\text{p}}$ excutientes, invenimus, eam constare

codd. XVIII. XIX. XXII. XXIII. LXXVI. LXXVII,

et cum ea cognatos esse

codd. *II.* VI. *XI.* *XII.* XIV. XVI. *XVII.* *XXI.* XXVI. XXIX. *XXXII.* *XLV.* *LX.* *LXVIII.* LXIX. LXX. LXXII. *LXXV.*

Tertiam familiam supra memorato fundamento et lectionibus probantibus 27, a. l. p. r. x. z. $\overset{2}{\text{f}}$. $\overset{2}{\text{i}}$. $\overset{2}{\text{k}}$. $\overset{2}{\text{o}}$. $\overset{2}{\text{p}}$. $\overset{2}{\text{r}}$. $\overset{2}{\text{x}}$. $\overset{3}{\text{b}}$. $\overset{3}{\text{f}}$. $\overset{3}{\text{g}}$. $\overset{3}{\text{i}}$. $\overset{3}{\text{k}}$. $\overset{3}{\text{l}}$. $\overset{3}{\text{y}}$. $\overset{4}{\text{c}}$. $\overset{4}{\text{d}}$. $\overset{4}{\text{e}}$. $\overset{4}{\text{g}}$. $\overset{4}{\text{h}}$. $\overset{4}{\text{i}}$. $\overset{4}{\text{q}}$, ita superstruximus, ut constaret e

codd. I. II. III. VIII. XXX,

ejusque cognati haberentur

codd. IV. *XII.* XIV. XXIX. *XXXI.* *LI.* *LII.* LVI. LXVIII. LXX. LXXI. LXXIII.

Quartam familiam e supra positis et lectionibus eam

probantibus 29, b. e. g. h. q. r. t. w. y. $\overset{2}{b}$. $\overset{2}{e}$. $\overset{2}{f}$. $\overset{2}{i}$. $\overset{2}{z}$. $\overset{3}{b}$. $\overset{3}{g}$. $\overset{3}{i}$. $\overset{3}{k}$. $\overset{3}{l}$. $\overset{3}{o}$. $\overset{3}{p}$. $\overset{3}{q}$. $\overset{3}{r}$. $\overset{3}{s}$. $\overset{3}{u}$. $\overset{3}{y}$. $\overset{4}{a}$. $\overset{4}{f}$. $\overset{4}{p}$

codicum XVIII. XXIX. XXXVII. LIII. LVII. LVIII. LXXVI,

ejusque cognatos

codd. I. *XI.* XIII. *XVI. XVII.* *XXII.* *XXVI. XXVII. XXVIII.* XXXII. XXXIII. *XXXIV.* *XXXVI.* *XXXVIII.* *XLI.* XLVI. *XLVIII.* XLIX. LI. LV. *LVI.* LIX. *LX. LXI.* LXII. *LXIII.* *LXXV*

esse invenimus.

Quinta denique familia, adhibitis lectionibus eam probantibus 26, b. g. i. q. $\overset{2}{b}$. $\overset{2}{c}$. $\overset{2}{f}$. $\overset{2}{g}$. $\overset{2}{n}$. $\overset{2}{p}$. $\overset{2}{r}$. $\overset{3}{b}$. $\overset{3}{l}$. $\overset{3}{n}$. $\overset{3}{o}$. $\overset{3}{q}$. $\overset{3}{y}$. $\overset{4}{a}$ $\overset{4}{d}$. $\overset{4}{e}$. $\overset{4}{f}$. $\overset{4}{g}$. $\overset{4}{m}$. $\overset{4}{o}$. $\overset{4}{p}$, prodiit

codd. VI. XI. XXVI. XXXII. LVIII. LX. LXII,

ejusque cognati inventi sunt

codd. V. IX. X. XIV. *XVI.* XVIII. *XXII.* *XXVII.* XXVIII. XXIX. XXXIII. XXXIV. XXXVIII. XLVI. XLVIII. LIII. LVII. LXIII. LXXV. LXXVI.

### §. 8. *Continuatio.*

De his autem familiis notandum est, nullam earum omnibus ex partibus aeque certo et bene stabilitam esse, ac primam; spectaturque illa reliquarum familiarum a primâ differentia potissimum in eo, quod lectionum familiam probantium in prima familia fere $\frac{2}{3}$ (21), in ceteris parum plus $\frac{1}{3}$ (11, 12) maximam partem ad familiam pertinentium codicum ($\frac{2}{3}$ vel amplius) jungat. Hujus rei ratione habita ultimum locum occupat familia quarta, in qua non nisi sexta fere pars lectionum probantium (5) maximam familiae partem jungit. Quae quum ita sint, simili via in alias adhuc familias inquirere eo minus operae pretium esse visum est, quum, praelibatis jam iis, unde optima hauriri posse videbantur, quae reliqua sunt, incertiora tan-

tum-

tummodo promitterent. Cui accedit, codicum, unde quinque illas familias deduximus, cognationes satis accurate ex illis familiis earumque aliqua mixtura declarari, id quod e sequentibus patebit. Substitimus itaque in his quinque familiis, quae autem accuratius et inter se et cum singulis codicibus comparandae erant.

Primum (A) lectiones, quibus singulae familiae probarentur, inspicientes, invenimus

fam. I. 12 ipsi proprias, ceteras cum reliquis familiis ita communes habere, ut nulla circa eam rem aliis multum praestet;

fam. II. III. 9 ipsis proprias, in ceteris ut fam. I;

fam. IV. V. 5 tantum vel 4 ipsis proprias, reliquasque minima ex parte (9, 8) cum fam. III, maxima (13) secum invicem communes habere.

Cum quo satis convenit (B) comparatio codicum singulas familias constituentium cum iis, quibus reliquae familiae constant, vel quae cognationem cum iis contraxerunt.

Conveniunt enim codices efficientes

familiam I cum nullo codice alius familiae;
2 eorum cum singulis cognatis remotioribus fam. IV.
2 alii — — — V.

fam. III cum nullo codice alius familiae;
1 eorum cum cognato propiore familiae II.
1 alius — remotiore — IV.

codicum familiae II. duo cum singulis codicibus fam. IV;
2 cum singulis cognatis propioribus fam. I. IV. V.
3 — remotioribus fam. I. V.

codicum familiae IV tres cum sing. codd. fam. II. V;
2 cum singulis cognatis propioribus fam. I.
2 — remotioribus fam. II. III.
5 — — V.

codicum familiae V unus cum codice fam. IV;
3 cum singulis cognatis propioribus fam. I. II.

5 cum singulis cognatis remotioribus fam. I. II.
5 — — — partim propioribus, partim remotioribus fam. IV;

unde efficitur, familias I. III optime, II minus bene, IV. V parum a reliquis separatas esse, idque ita, ut fam. IV. V proxime se invicem attingant, familia IV cum omnibus reliquis, II. V. tantum non cum fam. III participent.

Tertia (C) de familiis nostris, superioribus haud absimilis observatio ad ea pertinet, quae in tabula supra indicata inter contraria singulorum codicum relata sunt. Haec enim considerando facile invenies,

familiae Imae potissimum III contrariam esse (quippe quum singulis codicibus hujus familiae, illius ad minimum singuli, saepius multi, interdum omnes, praetereaque ejusdem cognati plerumque multi contrarii sint),

rarius particulas quasdam IIdae, longe rarius Vtae, rarissime IVtae;

familiae IIdae, item potissimum (idque parum rarius, quam Imae) IIItiam;

raro Imam, rarissime IVtam, numquam Vtam oppositam esse;

fam. IIItiae potissimum (fere aeque frequenter, ac IIdae IIItiam) Iam, haud longe rarius Vtam, aliquantulum rarius IIdam et IVtam obstare;

fam. IVtae potissimum (aliquatenus tamen infrequentius, quam Imae et IIdae) IIItiam, rarius Imam, rarissime IIdam et Vtam contrariam esse;

fam. Vtae potissimum (fere ut IIdae) IIIam, raro Imam, rarissime IVtam oppositam esse.

Unde efficitur, si hoc spectamus, fam. IIIam omnium optime a reliquis, quibus singulis opposita est, separatam, nulli autem familiae magis, quam Imae contrariam esse; II, IV, Vtam contra se invicem parum pugnare. Quae tria si junxeris, fam. I. III a se invicem et a reliquis cer-

tissime et optime separatas esse invenies, idque ita, ut IIIa Imae non cedat, quippe quum in comparatione lit. A insignita Ima, in lit. C IIIa, in B neutra praevaleat; II. IV. Vtia se invicem et a fam. I minus separatas, a III a potissimum discidium facere, inter eas autem II (cf. potissimum lit. A) a reliquis certius quam IV, V a se invicem separatas esse. Cave autem existimes, unam vel alteram harum 5 familiarum prorsus a reliquis separatam esse. Nullus enim, ne primae quidem et tertiae familiae, codex est, quin inter lectiones multorum codicum, quibus hanc de familiis theoriam superstruximus, semel ad minimum cum quovis alio codice, etiam maxime oppositarum familiarum (tertiae et primae) conveniat. Quae observatio, ut minime valeat ad evertendum totum nostrum systema, quum semper a potiori tantum specierum indole earum in genera distributio fieri soleat et debeat; ita tamen eo pertinet, ne quis nobis faciat e familiis illis totidem diversas omnibusque numeris absolutas textus recensiones. Quae si quidem factae sunt, quod neque affirmare neque negare audemus, tamen omnium lectionum certe nil amplius quam partem aliquam constituerunt.

Ea autem lectionum pars, quae in diversis, quas invenimus, familiis aliquam certe firmitatem nacta est, cujusnam indolis sit, videndum insuper erat. Quem in finem eas cum contextu Institutionum, at cursorie tantum, comparantes, illas, quae neque prorsus malae, neque nullius momenti viderentur, ab omnino rejiciendis, vel nullius plane momenti lectionibus ita secrevimus, ut v. c. in prima familia haberentur pro lectionibus non omnino rejiciendis lectt. tab. III g. h. q. x. $\overset{2}{\text{b}}$. $\overset{2}{\text{d}}$. $\overset{2}{\text{e}}$. $\overset{2}{\text{f}}$. $\overset{2}{\text{m}}$. $\overset{2}{\text{u}}$. $\overset{3}{\text{b}}$. $\overset{3}{\text{k}}$. $\overset{3}{\text{l}}$. $\overset{3}{\text{p}}$. $\overset{3}{\text{t}}$. $\overset{3}{\text{u}}$. $\overset{4}{\text{l}}$., pro aperte vitiosis b. $\overset{2}{\text{i}}$. $\overset{3}{\text{g}}$. $\overset{3}{\text{w}}$. $\overset{4}{\text{e}}$. $\overset{4}{\text{f}}$. $\overset{4}{\text{k}}$, pro nullius momenti $\overset{2}{\text{c}}$. $\overset{2}{\text{h}}$. $\overset{2}{\text{l}}$. $\overset{3}{\text{h}}$. $\overset{4}{\text{b}}$. Hinc efficiebatur, in quacunque familia majorem partem, et quidem

in I 20, in II 25, in III 19, in IV 20, in V 17 non omnino rejiciendas esse; minorem partem, in I 8 et 5, in II 4 et 2, in III 5 et 2, in IV 7 et 2, in V 5 et 3 vel aperte vitiosas, vel nullius fere momenti esse. Hac itaque ratione habita, omnes hae familiae haud malae notae sunt, quippe quum lectionum, quibus distinctae sunt, major pars non omnino rejicienda simulque alicujus momenti videatur, id quod in plerosque singulorum codicum minime cadere videtur; earumque principem locum tenet II, infimum I; ceterae a se invicem parum distantes hoc ordine sequuntur: III, IV, V.

Verum nec hoc transeundum est, familiam II omnium saepissime cum recensione Cujaciana convenire, quod aliquid contribuere potuisse ad numerum bonarum lectionum supra consignatarum aliquatenus augendum, haud negaverimus. Nunc enim quum transcurrendo tantum lectionum indolem examinaverimus, tanto nomini omnino aliquid tribuendum erat. Certe, si ponderamus singulas lectiones, eae, quibus haec familia ad Cujacianas accedit, raro inter graviores inveniuntur.

### §. 9. *Continuatio.*

Quae usquedum de familiis exposuimus, jam cum iis comparabimus, quae lectionum ipsa inspectio, arte nondum adhibita, et totus codicum habitus nos edocuit.

Familiae I notitiam quandam primus statim lectionum adspectus nobis suppeditavit. Eo enim pertinent cognationes initio §. 4. enumeratae codicum X. XIII. XLVI; XLVI. XLIX; XLIX. L. Quae cognitio augebatur, dum lectiones paucorum codicum excuteremus, unde classem codd. X. XIII. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI. LXV. LXVI deduximus; quam eandem etiam lectiones plurium (7 - 12) codicum confirmaverunt. Externa codicum huc pertinentium facies nihil habet, quo haec familia a reliquis valde

distinguatur: sunt enim plerique 14ti saeculi, i. e. ejus aetatis, qua maxima omnino pars omnium, qui ad nos pervenerunt, codicum scripta est. At in minoribus quibusdam externa plerorumque huc pertinentium facies ita similis est, ut in Parisiensi bibliotheca adservatorum maxima pars (nempe codd. XXXIX. XLIX. L) non melius describi posse videretur, quam ut in sequente ad priorem, quippe simillimum, ablegatio fieret. Cui si jungas, Parisiensium haud parvum numerum hujus familiae esse, et Norimbergensem (LXIX), qui inter proximos ejusdem fam. cognatos referendus erat, quod e subscriptione ab Institutionum librario profecta Galliaeque australis linguam prae se ferente inferri licet, in Gallia australi scriptum esse videri, conjecturae locus est, hanc familiam Galliae australis fortasse a Montis Pessulani schola juridica oriundam esse, cui etiam formae externae plurium similitudo et tot hujus familiae codicum in Parisiensem bibliothecam confluxus deberi potest.

Familiae tertiae, quamvis haec quoque optime et certissime a reliquis distincta sit, nullum vestigium generalis lectionum consideratio, imo ne accuratior quidem inquisitio in paucorum pluriumve (2-12) codicum lectiones nobis suppeditavit. Postquam autem methodo supra exposita in eam incidimus, in externo codicum habitu haud leve constituendae ejus auxilium invenimus. Est enim haec familia antiquiorum potissimum codicum, cum inter antiquiores referendi sint codd. I. II. III. XXX, i. e. longe major pars codicum familiam constituentium, et codd. XXXI. LI. LII. LXX. LXXI, i. e. bona pars cognatorum hujus familiae, et quidem fere omnes proximi ejusdem cognati. Hanc familiam, ratione virtutis lectionum habita, melioribus accensendam esse, cum ejus antiquitate haud male convenit. Noli autem existimare, familiam tertiam et antiquiorum codicum plane pro synonymis habendam esse:

hoc enim vetat codicis VIII, qui minime ad antiquiores referendus est, locus inter eos, qui familiam III constituunt; hoc, quod alii quidam antiquiores V. XIII. XXV. LXXII ad famil. III nequaquam pertinent. Fuerunt nimirum — sic enim haec nobis explicanda videntur — quaedam lectiones antiquiori aevo vulgatiores, quas haec familia comprehendit; at aliae etiam, licet rarius, tunc usu veniebant, quas pauci antiquiores, huic familiae non adscripti codices sistunt; eaedemque lectiones seriori aevo, quamvis tunc aliae frequentiores erant, in quibusdam tamen codicibus a priori tempore inde conservabantur. Plurimi hujus familiae codices, licet reliquis antiquiores, tamen Bononiensis saeculi sunt; at duo quoque Ante-Bononienses, I. XXX, qui inter 77 priores codices inveniebantur, huic familiae accensendi sunt, neque in capitibus certe speciminis loco collatis talia habent, quae longe a reliquis distent. Quare curae criticae Doctorum Bononiensium in libros juris collatae, quam recensionem Bononiensem dicunt, quae quidem Digestorum haud paucos eosque graviores locos certius constituit, quid in Institutionibus effecerint, ignoramus. Dum fortasse accuratius totius Institutionum operis examen aliud doceat, nobis ea de re haec opinio sedet, Bononienses Doctores, quorum criticum studium res tantum pauciores eo tempore pro gravioribus habitas amplectebatur, in Institutionum parvo et facili volumine nihil invenisse, quod accuratius constituere operae pretium ducerent. 1)

Secundae, quartae, quintae familiae nulla vestigia ante accuratum methodi supra descriptae usum invenimus; neque postea externi quid, quo firmarentur, deprehendimus.

---

1) Savignii doctissima disquisitio de Bononiensium Doctorum meritis in libros juris (Rechtsgeschichte tom. 3. pag. 453) cum hac nostra opinione probe convenit.

§. 10. *Continuatio.*

Quibus praemissis nihil reliquum fuit, quam ut singulos codices cum familiis constitutis comparantes, competentem cuivis locum adsignaremus, simulque videremus, num hae familiae ad explicandam singulorum codicum indolem sufficerent? numque forte ex hacce inspectione nova aliqua familia oriretur? Quod singulorum codicum examen sic instituimus, ut in singulis codicibus recensendis e tab. V sumeremus codices cum iis proxime cognatos (num. 1 relatos), eosque, qui inde paululum remotiores stant (num. 2 recensitos), hosque cum iis compararemus, qui vel familias constituunt, vel cognationem cum iis contraxerunt, et quidem, si de codice aliquo in familias jam relato ageretur, primum cum codicibus ad illas familias pertinentibus, deinde, si qui superessent inde non illustrati, cum reliquarum familiarum codicibus.

Hujus etiam comparationis haec sunt exempla:
cod. I e superioribus est fam. III, cognatus fam. IV. Ejus cognati sunt

1) II. III. VIII. XII. XXX. XLIII. XLIV. LII. LIII. LXV.

2) IV. V. IX. XI. XXI. XXIX. XXXII. XXXIV. XLI. LI. LVIII. LXX. LXXI.

Quos si comparaveris cum membris et cognatis familiae III supra recensitis, inde
codicum II. III. VIII. XII. XXX. LII. LIII; IV. XXIX. LI. LXX. LXXI,
similiterque e membris et cognatis fam. IV
codd. LIII; XI. XXIX. XXXII. XXXIV. XLI. LI. LVIII.
cum cod. I cognationes explicantur, suntque sine illustratione relictae solae cognationes cum codicibus XLIII. XLIV. LXV; V. IX. XXI, qui, ut per se pauci et ad alias etiam familias parum pertinentes, nullam occasionem praebent, cod. I alii superiorum familiarum accensendi, vel novam efformandi.

Cod. IV nusquam inter supra recensitos familiarum codices habetur. Quodsi vero cognatos ejus

1) IV. V. XXII. XXIX. XXXI. XXXVI. XXXIX. XLVI. XLIX. LI. LIII. LXXIV. LXXVI,

2) I. VII. VIII. IX. XII. XIX. XXX. XLIV. XLVII. XLVIII. LVI. LIX. LXI. LXX. LXXIII

consideraveris, hinc cognatio quaedam cum familiis III. IV. V mox in oculos incurret; unde, similem comparationem faciendo, cognatio cum plurimis codicibus explicabitur, exceptis nempe solis

XXXIX. LXXIV, VII. XIX. XLIV. XLVIII. LXX. LXXIII,

qui iterum ad alias familias parum pertinent. — Cognationi autem cum familiis III. IV. V constituendae ne ii quidem codices obstant, quos codici IV repugnare notatum est, quippe quorum vel nulli (fam. III), vel perpauci (fam. IV. V) illarum familiarum sunt. Sic omnes codices perlustrando, et, ubi opus fuit, eas quoque singulorum codicum cognationes, quae antea nobis indicatae erant, novo examini subjiciendo invenimus,

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| esse cod. | I | familiae | III., | cognatum fam. | IV. |
| — | II | — | III | — — | II. |
| — | III | — | III | — — | II. |
| — | IV | — | nullius | — — | III. IV. V. |
| — | V | — | — | — — | I. V. |
| — | VI | — | V | — — | I. II. |
| — | VII | — | nullius | — — | II. IV. V. |
| — | VIII | — | III | — — | IV. |
| — | IX | — | nullius | — — | *I.* II. *V.* |
| — | X | — | I | — — | V (?). |
| — | XI | — | V | — — | II. IV. |
| — | XII | — | nullius | — — | II. III. IV. |
| — | XIII | — | I | — — | II. IV (?). |
| — | XIV | — | nullius | — — | II. III (?). V. |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| esse cod. | XV [1]) | familiae | nullius, | cognatum | fam. | I. II. |
| — | XVI | — | — | — | — | II. IV. V. |
| — | XVII | — | — | — | — | I. II. IV. |
| — | XVIII | — | II. IV. | — | — | I. V. |
| — | XIX | — | II | — | — | nullius. |
| — | XX [2]) | — | nullius | — | — | II (?). IV (?). V(?). |
| — | XXI | — | nullius | — | — | I (?). II. III. |
| — | XXII | — | II | — | — | I. IV. V. |
| — | XXIII | — | II | — | — | IV. V. |
| — | XXIV | — | nullius | — | — | II. III. IV. |
| — | XXV [3]) | — | nullius | — | — | IV. V. |
| — | XXVI | — | V | — | — | II (?). IV. |
| — | XXVII | — | nullius | — | — | II. IV. V. |
| — | XXVIII | — | — | — | — | — |
| — | XXIX | — | — | — | — | II. III (?). IV. V. |
| — | XXX | — | III | — | — | II. IV. |
| — | XXXI | — | nullius | — | — | III. IV. |
| — | XXXII | — | V | — | — | II. IV (?). |
| — | XXXIII | — | nullius | — | — | I. IV. V. |
| — | XXXIV | — | — | — | — | II. IV. V. |
| — | XXXV [4]) | — | — | — | — | I. |

1) Quatenus e Prooemii lectionibus hîc unice extantibus inferri licet, unde efficitur, codd. XIX. XXIII. XLVIII. XLIX. LVIII. LIX proximos, II. XXII. XLII. LXV. LXVI. LXXI. remotissimos ab eo stare.

2) Ut in cod. XV. Sunt autem hîc proximi codd. IV. VII. XIX. XXIV. XL. XLIII. LXIX, remotissimi III. X. XXIII. LV. LVI. LX. LXV.

3) Ut in codd. XV et XX. Sunt huic codici proximi IX. XIII. XVI. XVII. XVIII. XXVI. XXVIII. XXIX. L. LXXVI, remotissimi IV. XXXVI. LXV. LXVI.

4) Hujus codicis e Prooemio tantum et primis tit. d. nuptiis paragraphis lectiones habuimus, unde sequitur, proximos esse codd. XXII. XXIV. XXV. XXIX. XXXIII. XLVI. LXI. LXXVI, remotissimos I. XLI. LXIII. LXVII.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| cod. | XXXVI | familiae | nullius, | cognatum fam. | III. IV. V. |
| — | XXXVII | — | — | — — | IV. |
| — | XXXVIII | — | — | — — | IV. V. |
| — | XXXX | — | I | — — | II. (?). |
| — | XL | — | nullius | — — | I. II. (?). |
| — | XLI | — | — | — — | III. IV. |
| — | XLII | — | — | — — | IV. V. |
| — | XLIII | — | — | — — | III. V. |
| — | XLIV | — | — | — — | II. III. IV. |
| — | XLV | — | — | — — | II. IV. |
| — | XLVI | — | I | — — | IV. V (?). |
| — | XLVII | — | — | — — | I. V. |
| — | XLVIII | — | — | — — | I. IV. V. |
| — | XLIX | — | I | — — | IV. |
| — | L | — | — | — — | II (?). |
| — | LI | — | nullius | — — | I. III. IV. |
| — | LII | — | — | — — | III. IV. V. |
| — | LIII | — | — | — — | IV. V. |
| — | LV | — | — | — — | I. IV. |
| — | LVI | — | — | — — | I. III. IV. |
| — | LVII | — | IV | — — | I. V. |
| — | LVIII | — | IV. V | — — | I. |
| — | LIX | — | nullius | — — | II (?). IV. V (?). |
| — | LX | — | V | — — | I. II. IV. |
| — | LXI | — | I | — — | IV. |
| — | LXII | — | V | — — | IV. |
| — | LXIII | — | nullius | — — | I. IV. V. |
| — | LXIV | — | — | — — | II. IV. V. |
| — | LXV | — | I | — — | III. V. |
| — | LXVI | — | I | — — | nullius |
| — | LXVII | — | nullius | — — | I. II. IV. V. |
| — | LXVIII | — | — | — — | II. III. IV. |
| — | LXIX | — | I | — — | II. |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| cod. | LXX | esse famil. | nullius, | cognatum | fam. | I. II. III. |
| -- | LXXI | -- | -- | -- | -- | III. IV. V. |
| -- | LXXII | -- | -- | -- | -- | I. II. |
| -- | LXXIII | -- | -- | -- | -- | I. III. IV. |
| -- | LXXIV | -- | -- | -- | -- | II. IV. V. |
| -- | LXXV | -- | -- | -- | -- | I. II. IV. V. |
| -- | LXXVI | -- | II. IV | -- | -- | I. V. |
| -- | LXXVII | -- | II | -- | -- | IV. |

In qua tabula et quidem non iis tantum codicibus, quos jam superiora nobis ut cognatos indicaverunt, sed etiam iis, in quos nunc incidimus, si ob codices contrarios vel aliam quamcunque ob causam dubium nobis oriebatur, num certo jure huc referendi essent, interrogationis signa addidimus. Sunt autem hisce ad nostras quinque familias remissionibus omnes codicum cognationes satis explicitae; nam earum quoque cognationum, quae post primum examen, cujus specimina supra apposuimus, supererant, maxima pars postea declarationis sufficientem lucem inde adepta est, quod hujus ipsius examinis progressus numerum cujusvis familiae cognatorum ita auxit, ut codices primum sine declaratione relicti postea omnino ejus participes facti sint.

### §. 11. *Continuatio.*

Ut jam totum hunc de cognationibus priorum 77 codicum locum absolveremus, supererat excussio earum lectionum, quas pauci codices communes habebant, ut inde singularum, si quae praeter familias inter codices intercederent, cognationum notitiam adipisceremur. Quem in finem e tabula fundamentali omnes in Prooemio et titulo de nuptiis variantes lectiones complexâ (cf. tab. II.) aliam confecimus, eas lectiones, quae codices 2 - 6 jungunt, referentem; cujus specimen hoc habes:

Cum cod. I ita juncti sunt

In Prooemio XIII. XXIV. XXVII. XXXII. LXI (§. 1); IV. XXXI (§. 1); LXXIIant. (§. 7); VI. XXX. XLVIII (subscrpt).

In tit. d. nuptiis VII. XIV. XVI. XXXV (§. 1); LXIV. LXXIV (§. 1); XLI (§. 2); II. III (§. 3); II. III. V. XXVI. XXVII (§. 3); XVIIIant. XXXVII (§. 3); VII. XXXIV. XLIXant. (§. 5); II. LVIII. LXVII (§. 5); II. IX (§. 6); XXII. XLI. LVI (§. 7); Xant. XLIX. L. LXI (§. 11); XLV. XLVI. LXVIII. LXIXant. (§. 13); VI. LXXII. LXXIII (§. 13).

Ex qua tabula enotavimus, quoties singuli codices ita cum paucis juncti fuerint, et cum quibusnam saepissime? Sic fere:

Cod. I 12ies, I. II. quater I. II. III. bis,
Cod. II [1] 18ies, II. III. 6ies, II. IX ter, I. III. XXXI bis, et sic porro.

Quae conjunctiones maximam omnino partem e membris atque cognatis quinque nostrarum familiarum prima familiarum indagatione innotescentibus omnino declarationem suam adeptae sunt; quibus si junxeris eas cognationes, quas recensio singulorum codicum §. proxime antecedente instituta indicavit, fere nihil ex hac tabula reliquum est. Ut autem in hac singularum cognationum declaratione omnes ac singulae nostrarum quinque classium adhibendae erant, ita non omnes aequaliter, neque ulla saepius et certius primâ, quam hîc proxime excipit quarta, potissimum in cognationibus codd. XXVI. XXVII. XXVIII. LV declarandis semper recurrens. Observavimus autem has paucorum codicum conjunctiones in singulis codicibus modo rarius modo saepius a numero 4 inde usque ad numerum 39. Quos vero frequentissime cum aliis junctos invenimus, sunt VI 39ies, IX 30ies, XXVI tricies et quater, LV 35ies, LXIII 37ies, LXVII tricies et quater, at hae quoque sic plerumque divisae, ut nulla singularis cognatio praeter

1) Omisimus, ne inutiles repetitiones fierent, in codicibus sequentibus conjunctiones jam exhibitas, ut hic I. II.

generales familias adhuc notanda hinc deduci posse videretur. Soli codices, qui cum singulis aliis decies vel saepius hîc conveniunt, sunt

XLIX 10ies, L 15ies, LXI 15ies, LXIII 29ies, LXVII 29ies, quorum duo ultimo loco scripti et inter eos sunt, quos universim hic saepissime observavimus. Priores tres, saepius inter se juncti, id omnino a prima familia habere videntur, cujus quasi fundamentum ipsi faciunt; duo posteriores autem sibi invicem hîc saepius quam alii ulli juncti, licet iisdem familiis accedentes, tamen proximam illam cognationem omnino aliunde contraxisse videntur. Si enim haec quoque arctissima conjunctio a familiis orta esset, vix aliter evenire potuit, quam ut in familiis ipsis indagandis horum codicum proxima cognatio in oculos incurreret, utque alii etiam codices ad hanc cognationem, quae pro fundamento familiae haberi posset, partim propius, partim minus prope accederent. Horum autem ita omnino contrarium evenit, ut potius, dum in familias ipsas inquireremus, neutrum horum codicum in iis inveniremus, qui familiam constituerent, priorem tantum (LXIII) inter cognatos IVtae et Vtae familiae; et tunc demum, quum singulorum codicum recensum institueremus, alterum quoque iisdem familiis accedere deprehenderemus. Quare haec omnino cognatio

codicum LXIII. LXVII,

quae inter illas est, quas codicum nostrorum lectiones generatim inspiciendo statim agnovimus, ut singularis, per se subsistens et fortasse inter alios codices praeter eos, quos usquedum consideravimus, suam generaliorem familiam habens, omnino notanda est. Eo autem nomine haec cognatio a familiis, quas supra examin vimus, haud parum remota est, quod lectionum, quibus nititur, major pars minimi momenti est, sola nempe quorundam verborum ordinis permutatione similibusve constans. Inter 20 enim huc pertinentes, quas tabulam lectionum fundamen-

talem percurrentes nunc inspeximus, 8 solis aliquot verborum ordinis commutationibus constant, aliae 4 aliud quid levissimi momenti vel omnino vitium continent; ceterae tantum non omnino rejiciendae sunt.

§. 12. *Continuatio.*

Iis codicibus, quos, dum in familias aliasve cognationes inquirere inciperemus, notos habebamus, jam reliqui LXXVIII — CXXVI addendi fuerunt. Quod ut perficeretur, duae viae patebant. Poterat enim vel totam illam operosam disquisitionem, qua superius usi sumus, hîc iterando quaeri, anne novae familiae constituendae essent? quibusque aut priorum illarum aut recens inveniendarum singuli codices accenseri deberent? Vel poterat magis cursorie codicum postea innotescentium lectiones examinando id tantum quaeri, cuinam 5 illarum familiarum accederent? numque aliae forte inter eos invenirentur notabiliores cognationes? Hac posteriore via nobis primum necessario incedendum erat, quippe quum de singulis vel paucis certe codicibus, aliis post alios nobis allatis, haud raro etiam mox remittendis, celeriter judicandum esset, utrum in usus nostros vertendi essent, nec ne? et in paucis codicibus dijudicandis tantopere insudare nequaquam operae pretium videretur. Postea autem, cum 49 codicum lectiones denuo innotescerent, operae pretium omnino esse potuit, eos methodo prius adhibita denuo excutere: at, omnibus totius nostri operis partibus pensitatis, satius duximus, in prioribus illis subsistere. In quibusdam enim operis nobis propositi partibus, ibi potissimum, ubi, ut in codicum cognationibus indagandis, prorsus nihil praeparatum inveneramus, omnino sufficiet, opus inchoasse ab aliis post nos perficiendum, quum praecipue, licet omni diligentia et magno temporis impendio lectiones, quae praesto erant, discuteremus, nihil tamen praeter initium hujus disquisitionis paratum habuerimus. Ut enim certius

et plenius de his omnibus judicium feratur, opus erit accurato examine lectionum ad minimum quatuor titulorum, singulorum nempe desumtorum e singulis libris Institutionum, praetereaque nonnullorum ubique electorum paragraphorum, ubi major et notatu dignior lectionum diversitas in codicibus deprehenditur. Quod quum, partim quia singuli notabiliores paragraphi nondum nobis innotuerant, partim quia, ut promissis nostris stemus, properandum erat, perfici omnino a nobis non posset, ne initium hujus disquisitionis et conclusiones inde deductae deessent, quae nostrae editioni aliquatenus inservirent, sufficere visa est lectionum, quae nobis praesto erant, in plerisque codicibus fundamenti loco facta diligens excussio, reliquorum cursoria ventilatio.

Hanc vero ita instituimus, ut, lectionibus singulorum recens innotescentium codicum in tabulas lectionum (tab. III) illatis, videremus, cum quarumnam familiarum lectionibus probantibus maxime convenirent; et praeterea, paucorum codicum lectiones inspiciendo, in id inquireremus, anne praeter familias illas aliae notabiliores cognationes, qualis v. c. est ea, quae inter codd. LXIII et LXVII intercedit, deprehenderetur?

Quod prius illud attinet, v. c. cod. LXXVIII inveniebamus convenire cum lectionibus probantibus
fam. I 9ies, II 15ies, III quater, IV 13ies, V 9ies,
eamque ob causam (cum eum propter dimidiam omnium lectionum partem pro membro, propter tertiam pro proxime cognato, propter quartam partem pro cognato familiae, propter sextam vel minorem pro remoto ab ea haberemus) membrum esse fam. II, proxime cognatum fam. IV, cognatum fam. I. V, remotum a nulla fam. Sic circa omnes sequentes codd. continuando invenimus, esse

| cod. | familiae | proxime cognatum fam. | cognat. fam. | remotum a fam. |
|---|---|---|---|---|
| cod. LXXVIII | II | IV. | I. V. | nulla |
| — LXXIX | II | I. III. V. | IV. | - |
| — LXXX | I | II. III. IV. | V. | - |
| — LXXXI | nullius | III. | II. | f. IV. |
| — LXXXII | — | nullius | II. III. | f. I. IV. |
| — LXXXIII | I | II. III. | IV. V. | - |
| — LXXXIV | nullius | II. III. | I. IV. V. | - |
| — LXXXV | V | I. II. | III. IV. | - |
| — LXXXVI | nullius | I. II. | III. IV. V. | - |
| — LXXXVII | — | II. IV. | I. III | - |
| — LXXXVIII | — | II. III. IV. | I. V. | - |
| — LXXXIX | — | I. III. IV. | I. V. | - |
| — XCII | II | nullius | I. III. IV. V. | - |
| — XCIII | nullius | IV | nullius | f. II. |
| — XCIV | V | I. II. III. IV. | — | - nulla |
| — XCV | nullius | V | — | f. I. |
| — XCVI | — | III. IV. | I. II. V. | - nulla |
| — XCVII | — | V. | I. II. | - |
| — XCVIII | — | III. V. | nullius | - |
| — XCIX | V | I. IV. | II. III. | - |
| — C | nullius | III. | V. | f. I. IV. |
| — CI | V | I. II. III. IV. | nullius | - nulla |

| cod. | familiae | proxime cognatum fam. | cognat. fam. | remot. a fam. |
|---|---|---|---|---|
| cod. CII | familiae nullius, | proxime cognatum fam. II. III. IV. V. | cognat. fam. I. | remot. a fam. nulla. |
| — CIII | — II. V. | I. III. | IV. | — |
| — CIV | — nullius | II. III. V. | IV. | nulla |
| — CV | — — | II. | III. IV. V. | — |
| — CVI | — — | nullius | II. IV. V. | — |
| — CVII | — V. | I. II. III. IV. | nullius | — |
| — CVIII | — IV. | II. IV. | III. | — |
| — CIX | — III. V. | I. II. IV. | nullius | — |
| — CX [1]) | — nullius | II. | I. III. IV. V. | — |
| — CXI | — I. | III. IV. V. | II. | — |
| — CXII | — I. | III. | IV. V. | — |
| — CXIII | — IV. | I. II. V. | nullius | — |
| — CXIV | — nullius | II. III. V. | I. IV. | — |
| — CXV | — — | II. III. V. | IV. | — |
| — CXVI | — — | I. II. III. IV. | V. | — |
| — CXVII | — — | I. III. | IV. V. | — |
| — CXVIII | — — | I. III. V. | II. IV. | — |
| — CXIX | — IV. V. | I. II. | nullius | nulla |
| — CXX | — I. | II. IV. V. | III. | — |
| — CXXI | — nullius | III. | nullius | II. IV. |
| — CXXII | — — | V. | II. III. IV. | nulla |
| — CXXIII | — — | II. IV. V. | I. | — |
| — CXXIV | — — | II. IV. V. | nullius | — |
| — XXV | — — | II. III. IV. V. | I. | — |
| — XXVI | — — | II. | III. IV. V. | I. |

1) Quatenus e capitibus collatis, quae alia manu, quam reliqua, scripta esse videntur, inferri licuit.

8

Ist statt S. 112 einzukleben

Ad singulares cognationes, si quae fuerint, indagandas, tabulam earum lectionum confecimus, quibus unus vel alter eorum codicum, in quos nunc inquisivimus, cum uno, duobus, tribus, quatuor, quinque codicibus vel priorum 77 vel horum ipsorum conveniret, ut inde, si quid esset notandum, deduceremus. Invenimus autem nihil, quod familiis addendum esset. Maximus enim numerus eorum, qui indicarent, quoties hîc duo codices sibi invicem juncti fuerint, quaternarium non transgressus est, i. e. longe minorem iis, qui in simili priorum 77 codicum examine aliqua non omnino contemnenda nobis praestitit, et fere omnes tales conjunctiones, quotquot aliquanto copiosiores sunt, e familiis, quibus singuli codices secundum superiora addicti sunt, intelligi videntur. Codd. antiquissimi XC. XCI. in hunc censum plane referri nequibant, quippe quorum prior in duobus capitibus, quibus speciminis causa codices collati sunt, plane deficiat, posterior tam parva eorum parte salvus sit, ut inde nihil plane concludi liceat.

### §. 13. *Continuatio.*

Omnia superiora si junxeris, haec erit familiarum et ceterarum cognationum summa:

Familia I constat codd. X. XIII. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI.
LXV. LXVI; LXXX. LXXXIII. CVIII. CXI. CXII. CXX.
cognatos habet *V*. VI. XVII. XXII.
IX. XV. XVIII. XXI. (?) XXIII.
XXXVII. *XL*. *XLVII*. XLVIII. LI.
XXXV. LV.
*LVI*. LVII. *LVIII*. LX. LXIII.
LXVII. LXIX.
LXXV. LXXVI; LXXVIII.
LXX. LXXII. LXXIII.
*LXXIX*. LXXXIV. *LXXXV*. LXXXVI. LXXXVII.
LXXXVIII. LXXXIX. XCII. *XCIII*. *XCIV*. XCVI.
XCVII. *XCIX*. *CI*. CII. *CIII*. *CVII*. *CIX*. CX. (?).

*CXIII.* CXIV. *CXVII.* *CXIX.* CXX. CXXIV. CXXV.
CXXVI.

Familia II constat codd. XVIII. XIX. XXII. XXIII. LXXVI.
LXXVII; LXXVIII. LXXIX. XCII;

cognatos habet *II.* VI. *XI. XII.* XIV. XVI. *XVII.*
III. VII. IX. XIII. XV.
*XVIII.* XXI. XXVI (?).
XX (?). XXIV. XXVII. XXVIII.
XXIX. *XXXII.*
XXX XXXIV. XXXIX (?). XL (?). XLIV.
. *XLV.* *LX.* *LXVIII.*
L (?). LIX (?). LXIV. LXVII.
LXIX. *LXX.* LXXII. *LXXV;* *LXXX.* LXXXI.
LXXIV.
LXXXII. *LXXXIII. LXXXIV. LXXXV. LXXXVI.*
*LXXXVII. LXXXVIII.* LXXXIX. *XCIV.* XCVI.
XCVII. XCIX. *CI. CII. CIII.* CIV. *CVII.* CVIII. *CXI.*
CXIII. CXVI. *CXIX.* CXX. *CXXIV.* CXXV. CXXVI.

Familia III constat codd I. II. III. VIII. XXX;

cogn. habet IV. *XII.* XIV (?). XXIX (?). XXXI.
XXI. XXIV. XXXVI.
*LI. LII.* LVI. LXVIII.
XLI. XLIII. XLIV. LXV.
LXX. *LXXI.* LXXIII; *LXXIX.* *LXXX* LXXXI.
LXXXII. *LXXXIII. LXXXIV.* LXXXV. LXXXVI.
LXXXVII. *LXXXVIII. LXXXIX.* XCII. *XCIV.*
*XCVI. XCVIII.* XCIX. *C.* CI. *CII. CIII* CIV. CVI.
CVII. CVIII. *CIX.* CX. CXIV. *CXV. CXVI. CXVII.*
*CXVIII.* CXXI.

Familia IV constat codd. XVIII. XXIX. XXXVII. LIII. LVII.
LVIII. LXXVI; CXIX;

cognatos habet I. *XI.* XIII (?). *XVI. XVII.*
IV. VII. VIII. XII.
XXII. *XXVI.*
XX (?). XXIII. XXIV. XXV.

*XXVII. XXVIII.* XXX. XXXI. XXXII (?). XXXIII. *XXXIV.*

*XXXVI.* XXXVII. XXXVIII. *XLI.* XLII. XLIV. XLV. XLVI.

*XLVIII.* XLIX. LI. LII. LIII. LV. *LVI.* LIX. *LX. LXI.*

LXII. *LXIII.* LXIV. LXVII. LXVIII. LXXI. LXXIII.

LXXIV. *LXXV.* LXXVII; LXXVIII. LXXIX. LXXX.

LXXXIII. LXXXIV. LXXXV. LXXXVI. *LXXXVII.*
*LXXXVIII. LXXXIX.* XCII. *XCIII. XCIV.* *XCVI.*
*XCIX. CI. CII.* CIII. CIV. CV. CVI. CVII. *CVIII. CIX.*
CX. *CXI. CXIII.* CXVI. CXVII. *CXX. CXXIII.*
*CXXIV. CXXV.*

Familia V constat codd. VI. XI. XXVI. XXXII. XLVIII. LX. LXII; LXXXV. XCIV. IC. CI. CIII. CVII. VIII. CXIX;

cogn. habet IV. V. VII. IX. X (?). XIV. *XVI.* XVIII. XX (?). *XXII.*

XXIII. XXV. *XXVII.* XXVIII. XXIX. XXXIII. XXXIV.

XXXVI. XXXVIII. XLII. XLIII. XLVI (?). XLVII. XLVIII. LII.

LIII. LVII. LIX (?). LXIII. LXIV. LXV. LXVII. LXXI. LXXIV.
*LXXV.* LXXVI; LXXVIII. *LXXIX.* LXXX. LXXXIII.
LXXXIV. LXXXVI. LXXXVIII. LXXXIX. XCII. *XCV.*
XCVI. *XCVII. XCVIII.* C. *CII.* CIV. *CV.* CVI. *CIX.*
*CX. CXI.* CXII. *CXIII.* CXIV. CXV. CXVI. CXVII.
CXVIII. *CXX.* CXXIII. *CXXIV.* CXXV. *CXXVI.*

Cognatio unica extra familias est codicum LXIII. LXVII.

In qua tabula codices, de quorum cognatione dubium supererat, a reliquis distincti sunt hisce signis: post majorem distinctionem (;) scripti sunt post LXXVIImum venientes, in quos minus accurate inquisivimus; infra lineam positi

(ut in fam. I codd. IX. XV. XVIII et alii) ii sunt, quorum cognationes, dum in familias ipsas inquirebamus, non innotescebant, quos itaque minus arcte cum familiis junctos esse existimandum est; signo denique interrogationis notati ii, de quibus aliam quamcunque ob causam dubitatio oriebatur.

§. 14. *Continuatio.*

De his omnibus observabimus, differentiam primae a secunda manu (correctionibus et variantibus, quae in codicibus factae vel additae sunt) ab initio quidem semper nos in hisce disquisitionibus tenuisse, postea vero, quum haec differentia nusquam in distinctionem familiarum vim suam exserere videretur, omisisse. Sunt autem omnino paucissimi tantum codices, in quibus correctiones et variantes frequentantur; et a veri specie non alienum est, originem ejus diversitatis, cui familiae suum ortum debent, ab antiquiore aevo, unde tum quoque, cum variantes et correctiones adjicerentur, pauciores codices extitisse videntur, repetendam esse, quem contra posterior, ex quo plurimi praesto erant, et ex quorum uno vel altero correctiones vel variantes adscriptas esse verisimile est, nusquam familiae cujusdam lectiones pure extare videmus. Quae duo si jungas, omnino apparet, cur secunda illa manus a familiarum diversitate sic disjuncta esse videatur.

CC) *De codicum habitu quoad lectiones cognitu digniores et aperta vitia.*

§. 15. De lectionibus cognitu dignioribus.

Quae hactenus de toto, externo praesertim codicum habitu, de familiis aliisque codicum cognationibus exposuimus, quum ille saepe ab internis virtutibus nimis remotus sit, hae autem, quas nos quidem invenimus, non ad omnes scitu digniores lectiones pertineant, ad eum finem, qui nobis praecipuus est, ut recte codices eligamus in usus

nostros vertendos, non prorsus sufficiebant. Erat autem potissimum addenda consideratio earum lectionum, quae cognitu digniores viderentur Quae enim si omnes, vel certe maxima earum pars in iis codicibus, quorum collatio per totum librum continuabitur, nobis praesto erunt, id omnino, quo editio nostra optime instruatur, praestitum iri speramus. Quam circa rem ut a probabili deducenda conclusio similis ei, qua in familiis aliisque cognationibus eruendis usi sumus, ad manus esset, e tabula omnium Prooemii et tituli de nuptiis lectionum eas selegimus, quibus in editione illorum capitum paranda carere nolimus: si enim, ratione harum lectionum habita, codicum eum delectum instituerimus, quo maxima pars earum comprehendatur, id etiam in ceteris capitibus libri eventurum omnino verisimile est. In illarum vero lectionum indice faciendo has praesertim regulas secuti sumus: primo, ut pro lectionibus eas tantum haberemus, quas minor codicum pars servavit (quas enim major pars habet, eas editorem, qui non paucissimis tantum codicibus utatur, etiam non quaesitas minime ignoraturum esse, omnino confidendum est); secundo, ut lectiones, ceteris eodem loco extantibus meliores, eas deinde, quae in permultis codicibus extant, nisi aperte vitiosae sint, eas etiam, quae inter aliquot lectiones alterutram ob causam notabiles medium tenentes unius alteriusve earum originem monstrare, vel alio modo historiae lectionum inservire viderentur, omnino reciperemus; ordinis autem aliquot vocabulorum permutationes, nisi hanc illamve ob causam scitu digniores, omissiones aperte vitiosas, interjectiones unius pluriumve vocabulorum, quae omnino pro glossematibus habendae essent, respueremus. Has vero regulas (quum talia, per naturam suam accuratissimam definitionem non admittentia, magna semper ex parte editoris arbitrio relinquenda sint) hîc multo liberalius et laxius secuti sumus, quam in variantibus lectionibus textui subjiciendis sequendae erunt,

nulli dubitantes, editori variantes lectiones multo plures ad manus esse debere, quam quibus lectores forte contenti erunt.

Catalogum lectionum scitu digniorum ita ortum infra, tab. VI, invenies. Quomodo ex hoc catalogo in rationem inquisiverimus, qua singuli codices graviorum lectionum participent, hoc ex inferioribus patebit, ubi hinc potissimum, quinam codices toti conferendi essent, deduximus.

§. 16. *De apertis codicum vitiis.*

Aliud superest, unde in eligendis codicibus fructum percipere licebat, consideratio tam bonitatis quam pravitatis lectionum cujusvis codicis. Sed earum prior, quum sine accurata recensione capitum quorundam textus, cum qua deinde codicis cujusvis lectiones conferrentur, fieri nequiret; illa autem textus recensio iterum multorum codicum aliorumque auxiliorum cognitionem et tractationem requireret, dumque haec pedetentim ad nos perveniret, codicum quorundam collatio, tempore urgente, necessario instituenda esset, neque statim ab initio, imo ne nunc quidem, dum haec scribimus, institui potuit; sed potius, post peractos ceteros labores praeparatorios quasi correctio quaedam — ut astronomi solent — addenda, indeque utilitas vel a nobis, quatenus res tunc adhuc integra erit, percipienda, vel iis, qui post nos venient, praeparanda est. [1]) Aliter res se habet circa vitia codicum aperta. Dicimus autem ea, quae librarii ipsi et vulgus ejusdem aevi lectorum, dum animum adverterent, pro vitiis non poterant non habere. Talia enim in plerisque certe codicibus, iis nempe, quorum speciminis loco instituta collatio ita accurata, ut ne aperti quidem errores omissi sint, ante oculos

1) In sequentibus corporis juris partibus rem ita institui posse speramus, ut hoc quoque criterium codicum juste eligendorum ante delectum ipsum faciendum patefiat.

erat, e schedis nostris facile erui dinumerarique potuerunt. Quae dinumeratio eum fructum praestabit, ut auctoritati codicum eorum, in quibus saepius aperta vitia commissa sunt, circa alia etiam, quippe quorum magna pars, licet per se non ita in oculos incurrat, similiter vitiosa esse potest, minus, eorum, in quibus contrarium evenit, plus tribuatur. Sunt autem, si hoc spectamus, optimae notae codd. I—VII. IX. X. XIV. XVIII. XX—XXII. XXVII. XXX. XXXV. XXXVIII—XLIII. XLV. XLVII. XLVIII. L—LII. LXI. LXIII. LXIV. LXV. LXXV—LXXVII. LXXXI—LXXXV. XC. XCI. XCIII. XCVI. IC. CII. CV. CX. CXVI. CXVII. CXIX. CXX. CXXI, in quibus omnibus Prooemium, vel, ubi hujus lectiones non ad manus erant, aliud caput illo non minus ne unicum quidem tale vitium habet.

Proximum hinc locum occupant
codd. VIII. XV—XVII. XIX. XXVIII. XXXI. XXXIV. XXXVII. *XLIV.* XLVI. XLIX. LIII. LVIII. *LXII.* LXVI. *LXIX.* *LXXII.* LXXVIII. LXXXVII—LXXXIX. XCII. XCIV. *XCV.* XCVII. XCVIII. CI. *CIII.* *CIV.* CVI. CVIII. *CXVIII.* CXXIV, qui eodem capite unum tantum ejusmodi vitium ostendunt, neque alibi multa; quorum in iis, qui literis cursivis insigniti sunt, hoc ipsum vitium minoris momenti esse videtur.

Veniunt tertio loco ii, qui in Prooemio 2 vel 3 vitia habent, vel qui, licet ibi unum tantummodo deprehendatur, ob multa vitia alibi observata huc tamen referendi videntur, et quidem
codd. XIII. XXIII—XXVI. XXXII. XXXVI. LVI. LVII. LIX. LX. LXVII. LXXIII. LXXIV. LXXX. LXXXVI. C. CVII. CIX. CXII. CXXII. CXXIII.

Denique valde vitiosi, qui in Prooemio plus tribus vitiis habent,

codd. XI. XII. XXXIII. LV (4). LXXIX (5). *CXIII* (6). *CXI* (7). CXV (8). [2])

Hac parte ignoti sunt

codd. XXIX. LXVIII. LXX. LXXI CXIV. CXXV. CXXVI.

### C) Codicum in editione adhibendorum delectus.

§. 17.

Recensitis jam omnibus iis, quae generatim de codicibus nostris exponi utile videbatur, nihil superest, nisi ut his et aliis ex rationibus, quas praelibare nihil attinet, quinam codices in usus nostros vertendi sint, deducatur. Illae autem rationes, quas nondum exposuimus, id potissimum spectant, ut et tempori et pecuniae parcatur; propter quas, quum gravissimae nobis esse debeant, eos codices, quorum lectionibus sine ullo paene ejusmodi dispendio uti licuit, cujuscunque tandem indolis fuerint, numquam respuimus; eos, quorum lectiones nobis haud

2) Silentio non praeteribimus, plurimos omnium codicum accurate et absque multis apertis vitiis exaratos esse. paucissimos valde vitiose; quod, num similiter in aliis antiquitatis reliquiis evenerit, valde dubitamus. Haec nostrorum codicum virtus magna ex parte accuratae, quae in codices describendos Bononiae exercebatur, inspectioni (cf. Savignii Rechtsgeschichte, vol. 3 pag. 540 sq.) debetur. Quae autem causa quum in Ante-Bononienses minime cadat, et hi quoque singuli (tres nobis innotuerunt) accuratissimis accensendi sint. generalior quaerenda est. Quae nobis quidem ea esse videtur quod libros legum, ut in quibus aberrationes a genuino textu magis quam in aliis metuendas esse quilibet facile videt, hanc ob causam accuratius quam alios scribere semper moris fuisse probabile est: a quo more fortasse in aliis libris juris (cujus rei documenta non desunt) propter magnum eorum volumen aliasve ob causas, minime autem in parvo facilique Institutionum libello deflexisse videntur librarii.

aliter parabiles fuissent, quam ut aliquis nostrûm bibliothecam ipsam, in qua adservantur, adisset, ibique codicem contulisset, vel etiam vir ibi degens literatus eum nostra impensa excussisset, tunc demum admisimus, cum plane insignes codicum virtutes hoc nobis persuasissent. Ad quod posterius praeter supra expositas rationes id quoque nos impulit, quod haud ignorabamus, quantopere editor libri antiqui adjuvetur, si, in ipsa textus recensione occupatus, schedas, quibus lectiones codicum consignatae sunt, cum codicibus ipsis identidem conferendi occasionem habeat, qua scilicet in iis libris, qui non transmittuntur, omnino destituitur.

Haec itaque cum superioribus omnibus tam externas quam internas codicum virtutes spectantibus jungentes, delectum nostrum sic fere instituimus, ut primum eligendo codices vel jam collatos, vel praesentes simulque ob externam praestantiam commendandos videremus, quatenus, his codicibus adhibitis, iis quoque satisfieret, quibus propter internam indolem opus videretur; deinde, has potissimum virtutes respiciendo, eos adderemus, quibus lacunae hîc relictae optime explerentur.

Nullum itaque dubium fuit, quin cod. I (Bambergensis) antiquissimorum unus, cujus usum domesticum meritissimi biblioth. Bambergensis Jaeckii summa liberalitas nobis concessit, conferendus esset. Facta [1]) itaque est diligens totius libri collatio, quae in editione ipsa paranda, ut quam maximum ex hoc thesauro fructum capiamus, atque nihil hujus cod., quantum in nobis erit, negligamus, cum iis conferetur, quae jam ante a viris doctis ex hoc codice excerpta sunt, nimirum cum Jo. Chr. Koenigii ad exemplaris impressi marginem ad-

1) A Clossio, qui et ceteros, quos coram habuimus, codices, paucis exceptis (quos infra indicabimus), socio adsumto, a quo editionis Cujaciano - Spangenbergianae textus praelegebatur, excussit.

jectâ, usque ad l. 3 t. 27 continuata collatione, cujus copiam Bucher nobis fecit; et cum Rosshirti in ipsius libro, qui „Beiträge" inscribitur, inde excerptis lectionibus. Praestitit autem hic codex earum lectionum, quibus carere nolimus, e Prooemio 19, e tit. d. nuptiis 26.

Addidimus cod. II (Bambergensem), ipsum quoque antiquum, arbores cognationum complectentem, cujus etiam usum domesticum habemus, in hoc quoque codice Koenigii collationem hic usque ad lib. 2 tit. 6 continuatam, a Buchero nobiscum communicatam, et Rosshirti excerpta in editione ipsa paranda collaturi. Hic codex lectiones 9 et 20 graviores, in cod. I. non extantes, praestitit, universim in tit. d nuptiis (nam in Prooemio haec non dinumeravimus) 34 lectiones graviores complectens.

Conferebatur deinde cod. III (Bambergensis), antiquus, cum bonis vestigiis Graecorum, quem coram habemus, cum qua collatione Rosshirti excerptae lectiones conferendae erunt. Hic codex 4 et 10 in prioribus codicibus non extantes lectiones graviores suppeditavit, universim in tit. d. nuptiis 27.

Cod. V (Bambergensis), antiquus, cum bonis vestigiis Graecorum, quem et ipsum praesto habemus; suggerit 4 et 17 in prioribus non inventas lectiones notabiliores (universim in tit. d. N. 28).

Cod. VI (Bambergensis), cum subscriptione Prooemii, qui ad manus est, a Mayero et Gentnero collatus, complectitur 13 et 17 lectiones notatu dignas hic primum inventas, universim in tit. d. N. 38.

Addebatur cod. XI (Gothanus), a Wüstemanno, Gothano, cum editione Contiana a. 1567 collatus, communicatis ab ipso hujus collationis auctore schedis eam complectentibus, quibuscum aliae conferentur schedae, quae ejusdem codicis cum editione Bieneriana collationem usque ad lib. 2 tit. 14 complectuntur, a Warnkoenigio nobis be-

nigne transmissae. Habet hic codex 2 et 8 lectiones graviores nondum notas (universim in tit. d. N. 27). Erit autem non sine cautione adhibendus, quippe multis locis aperta vitia habens (in Prooem. 4).

Cod. XIV (Jenensis), cujus collationem exemplari editionis Bienerianae adjectam Andreae, antecessor Jenensis, qui eam ipse, Hallio Hamburgensi lectionem Bieneri praeeunte, instituerat, benignissime nobiscum communicavit. Hic codex lectiones graviores 6, 12. (univ. i. t. d. N. 22) continet. Vitia aperta huic quoque codici insunt, pauciora omnino, quam antecedenti, attamen numero non omnino exiguo.

Cod. XVI (Gottingensis), ob Authenticas Glossae Accursianae immixtas celeber, a Philologo Hildesiensi, Seebodio, qui benigne opem suam huic operi, quod philologiae quoque utile fore existimavit, sponte obtulerat, diligentissime collatus, cum qua collatione in libro primo Schwarzii collatio sui codicis (qui nunc Gottingensis est) exemplo Boehmerianae editionis, quod nobis Ortloffius misit, adjecta, et in Prooemio praeterea Schwarzii notae criticae in Prooem. Instit. hunc codicem saepius laudantes conferendae sunt. Hic codex praebet 7 et 4 novas (univ. i. t. d. N. 25) graviores lectiones.

Cod. XX (Spangenbergii), a possessore nobis benignissime transmissus, in Prooemio 2 nondum notas lectiones graviores praestitit; in t. d. N. deficit.

Cod. XXI (Guelpherbytanus), a Warnkoenigio, antecessore Leodiensi, cum editione Contiana (1567) collatus, cum qua collatione nobiscum benigne communicata conferentur lectionum specimina, quas Schrader in libro: „Abhandlungen aus dem Civilrechte", pag. 209. 210. 220 sqq. typis exscribi jussit, quasque ad suum exemplar corporis juris Gebauero-Spangenbergiani ad Prooemium et 7 priores titulos libri primi ante aliquot annos, dum codicem

coram haberet, adnotavit. Qui codex notabiliorum lectionum novas subministravit 3 et 9 (univ. i. t. d. N. 15).

Cod. XXV (Regiomontanus), unus antiquorum, a Dirksenio, quatenus a prima manu extat, cum editione Bieneriana collatus, quam collationem, hic ibi cum ipsius inde in Savignii ephemerides (Zeitschrift) insertis lectionibus conferendam, nobis benigne transmisit. Hic codex in Prooemio (in titulo enim de nuptiis deficit) 3 antea ignotas notabiliores lectiones praebuit. Numerus vitiorum codicis apertorum non omnino exiguus est.

Cod. XXVII (Regiomontanus), et ipse antiquorum unus, a Dirksenio per tres primos libros cum Bieneriana editione collatus, cui nobis missae collationi, quae ejus eximia in nos benevolentia est, continuationem ejusdem, nostri operis gratia institutam, adjunxit. Hic etiam conferenda erunt, quae Dirksenius in Savignii ephemeridibus publici juris fecit. Habet autem hic codex 7 et 10 usquedum ignotas (in t. d. n. univ. 19) graviores lectiones.

Cod. XXIX (Vratislaviensis), cujus collationem, exemplari Bienerianae editionis adjectam per majorem partem primi libri ab Unterholznero, antecessore Vratislaviensi, per reliqua ab illius auditoribus Troianskyo et Bartinowskyo factam Unterholzner benigne nobiscum communicavit. Hinc primum innotuerunt graviorum lectionum 1 et 8 (in tit. d. n. univ. extant 15).

Cod. XXX (Parisiensis), unus antiquissimorum, cujus collatio, non quidem accuratissima, attamen (ex judicio Savignii, quocum nostra Prooemii et tit. d. nupt. comparatio congruit), omissis tantum levioribus quibusdam ad ordinem verborum et similia pertinentibus, talis, qua nos, instructi tot aliorum codicum integris copiis, contenti esse possimus, in Iselii Ottonianae Institutionum editionis repetitione extat, cum qua editio Bieneri, qui hac collatione usus est, conferenda erit. Hinc primum innotuerunt gra-

viorum lectionum 2 et 5, extantibus universim 15 talibus in tit. d. nuptiis.

Cod. LXVIII (Wenckii, antea Koehleri et Ebneri), cum subscriptione Prooemii, correcturis non paucis, etiam variantibus, cujus collationem b. Schwarzii diligentiâ exemplari editionis Institutionum Boehmerianae adjectam ab Ortloffio, antecessore Jenensi, libri nunc possessore, nobiscum benigne communicatam tenemus; quacum in 22 prioribus Institutionum titulis conferendae erunt Wenckii hos complexae, nobisque humane transmissae notae msc. criticae, in quibus hujus potissimum codicis ratio habetur; nec non in primis 13 titulis et initio 14ti Koenigii mscta, cum Koehleriana editione facta collatio, quam Bucher nobiscum benigne communicavit; denique in Prooemio Schwarzii notae philologicae ad Prooemium Institutionum, in quibus hic codex, sign. Cod. K., saepius laudatur. Primus notas fecit graviorum lectionum 1, 2; in t. d. n. univ. habet 15.

Codicis LXX (Gottorpiensis), cui multae variantes lectiones adscriptae sunt, collationem a Gudio margini editionis Cujacio-Fabrotianae a. 1643 adscriptam, Reitzius Haloandrino-Gothofredianae in corp. jur. L. B. 1664 extanti adaptatam, in miscellan. observat. critic. novis tom. 5 sqq. publici juris fecit. Suspicari omnino licet, hac translatione ab alia ad aliam editionem, quae a nobis iterum ad Cujacianam reducenda erit, hic ibi lectiones hujus codicis male affectas esse: verum non ejus momenti hic codex est, ut, quo talia evitentur, novam ejus collationem instituere operae pretium videatur. Koehleri animadversiones, ejus Institutionum editioni adjectae, et Bieneri Inst. editio, in quibus haud raro ad hanc collationem respicitur, cum ea conferendae erunt. Ex hoc codice primum innotuerunt 2, 5 graviores lectiones, quarum in t. d. n. univ. habet 27.

Cod. LXXI (Dorvillianus), cum arbore consanguini-

tatis, cujus lectiones a Reitzio in eodem libro publici juris factae, itemque a Koehlero et Bienero jam usurpatae sunt, primum notas fecit o, 2 graviores lectiones; univ. i. t. d. n. habet 27.

Cod. LXXII (Argentoratensis), unus antiquorum, saepius correctoris manum passus, cum variantibus. Primum notas fecit o, 6 graviores lectiones, quarum univ. in t. d. n. continet 18.

Cod. XC (Taurinensis), unus antiquissimorum, quem cum aliis thesauris bibliothecae Taurinensis, quae est praepositorum ejus venerandorum, inprimis consult. Bessonis, jur. utr. doct. et bibl. regii Athenaei praefecti, non satis laudanda liberalitas, coram habemus. Hujus libri non tantum quae a prima manu extant, sed etiam quae praemissa sunt, nonnihil recentiora, contulimus. Quum autem in antiquissimis Prooemium et tit. d. n. non extet, quotam partem lectionum scitu dignarum hic codex denuo patefecerit, nunc judicari nequit.

Cod. XCI (Veronensis) fragmentum omnium antiquissimum, Veronae a Clossio collatum, de quo etiam, quia partem minimam Institutionum explet, ratione lectionum graviorum habita, nihil dici potest.

Cod. CXIV (Hafniensis), antiquorum unus, cujus collationem, omissis ex industria plerisque transpositionibus unius alteriusve verbi similibusque, factam a Cramero ad editionem Gebauerianam, ipse, quae ejus in nos benevolentia est, nobiscum communicavit. Denuo innotuerunt ex hoc codice lectionum graviorum o, 1; univ. habet in t. d. n. 18.

Cod. CXVI (Monacensis), antiquorum unus, cum optimis vestigiis Graecorum; hasce ob virtutes, quum ad manus sit, conferendus. In prioribus 10 titulis nostra collatio cum ea conferenda erit, quam a b. Koenigio illis tantum titulis editioni adscriptam Bucheri beneficio tene-

mus. Ex hoc codice primum innotescunt 1, 3 lectiones graviores; univ. habet in t. d. n. 16.

Cod. CXXV (Rinckianus), cum parte subscriptionis Prooemii. Ejus lectiones e duobus primis Inst. libris, quum a Schwarzio enotatae nobis praesto sint, licet minoris momenti videantur (una enim notatu aliquatenus digna lectio denuo innotescit), inspicere haud negligemus.

§. 18. *Continuatio.*

Ita electis primum iis codicibus, quorum collationes aliorum beneficio ad manus sunt, vel quos ob externas eorum virtutes — in qua tamen ab initio, nondum notis tot codicibus, faciliores, postea necessario difficiliores facti sumus — ipsi contulimus: videbimus jam, quinam codices propter alias rationes addendi sint. Qua in re, ut primum familias aliasque cognationes respiciamus, illorum codicum pertinent

ad fam. I nulli, ad ej. cognat. codd. *V.* VI. XXI. (?). LXX. LXXII. CXIV. CXXV.
— II —, — — — *II.* III. VI. *XI.* XIV. XVI. XX. (?). XXI. XXVII.
— III cod. I. II. III. XXX, a. e. cogn. XIV (?). XXI. XXIX (?). LXVIII. LXX. *LXXI.* CXIV. *CXVI.*
— IV cod. XXIX, a. e. cogn. codd I. *XI. XVI.* XX (?). XXV. *XXVII.* XXX. LXVIII. LXXI. CXVI. CXXV.
— V codd. VI. XI, a. e. cogn. codd. V. XIV. *XVI.* XX. XXV. XXVII. XXIX. LXXI. CXIV. CXVI. CXXV,

ad singularem cognationem codd. LXIII. LXVII. nullus. Codicibus itaque hactenus electis, familiarum, ad quas singulas omnino attendendum est, minime aequalis ratio habenda est, idque ita, ut potissimum addendi videantur ad familiam primam pertinentes codices, nonnulli etiam e familia secunda, cujus quidem cognati sat multi, at nullus ex ipsa familia inter supra recensitos habetur; tertiae autem, cujus plurimi codices inter istos sunt, quartae et quin-

quintae, quae minus certo distinctae se mutuo adjuvant, denuo rationem habere non opus sit. Cognatione etiam extra familias existente codd. LXIII. LXVII, ut lectionibus minoris momenti innixa, non ita egemus, ut hanc ob causam iter Sancto-Gallense vel Metense, sine quibus illorum codicum copia nobis non erit, institui debeat.

Quodsi jam ad primam familiam accedimus, ut inde, quatenus opus est, codices nostros augeamus, codd. XXXIX. XLVI. XLIX. L. LXI. LXV. LXXX. LXXXIII, sc. Parisienses, Metensis, Lugdunensis, Venetus, ideoque non sine magna molestia multisque impensis conferendi, interim seponendi sunt, similiterque cod. CXI propter nimia, quibus scatet, vitia. Supersunt itaque codd. X. XIII. LXVI (Bambergensis, Wirceburgensis, Hamburgensis) et ex proxime cognatis cod. LXIX (Norimbergensis), quos singulos coram habere, sicque optime in usus nostros vertere licebat. Ex quibus elegimus cod. XIII, horum antiquissimum, LXVI, in cujus lectionibus examinandis hic ibi Boehmeri auxilio uti licebit, LXIX, ubi similiter Schwarzii curis uti poterimus. Addidimus itaque

cod. XIII (Wirceburgensem), antiquorum unum, quem coram quidem habuimus, at ita breviter, ut collationem factam cum cod. ipso inter edendum, ubi opus videbitur, comparandi facilis occasio defutura sit; qui codex praestat graviorum lectionum usquedum incognitarum 2, 3 notitiam, universim in tit. de nuptiis comprehendens 26 tales lectiones;

cod. LXVI (Hamburgensem), quem tunc Uffenbachianum Boehmer in sua Institutionum editione contulit, at ita, ut paucissimarum tantum lectionum notitia inde hauriri posset: quare illius curae, quae novam hujus codicis collationem minime superfluam reddidere, tantummodo hic ibi nobis, ut his lectionibus melius utamur, auxilium ferre potuerunt. Ex eo codice denuo innotuerunt o, 4 lectiones graviores, habetque tales in t. d. n. univ. 28;

cod. LXIX (Norimbergensem), Graeci hic ibi bona vestigia habentem, quo Schwarzius non tantum in Prooemio edendo usus est, sed etiam exemplari editionis Boehmerianae per integrum primum librum ejus lectiones diligenter (licet primam a secunda manu non distinxerit) adscribendo. Quod exemplar Boehmerianae editionis quum beneficio Ortloffii, antecessoris Jenensis, ejus nunc domini, ad manus sit, Schwarzii curas, quatenus extenduntur, cum nostra collatione conferendo, ei majorem fidem conciliare non supersedebimus. — Hic codex nobis denuo notas fecit graviorum lectionum o, 5; univ. i. t. d. n. 33.

Similiter circa secundam familiam agendo e codd. XVIII. XIX. XXII. LXXVI. XCII, accessu facilibus, quia cod. XVIII in capitibus speciminis loco collatis unam tantum lectionem graviorem usquedum ignotam patefaceret, cod. XCII autem eo tempore, quo haec definivimus, nondum notus, ne nunc quidem ad manus sit, codd. XIX. XXII. LXXVI elegimus.

Cod. XIX (Berolinensis), jam a Bienero, dum suam editionem pararet, cum Koehleriana editione collatus. Quae collatio, a Bienero cum reliquis, quas fecerat, collationibus, nobiscum jam ante aliquantum temporis benigne communicata, si, quod speramus, nobis eo tempore, quo Institutionum recensionem ipsam parabimus, denuo transmitti potuerit, nobis sufficiet. Ex hoc codice denuo innotescunt graviorum lectionum 2, 2; univ. habet i. t. d. n. 26.

Cod. XXII (Stuttgartiensis), 3, 1 lectionum notabiliorum primus notas facit, univ. i. t. d. n. praestat 36.

Cod. LXXVI (Guelpherbytanus), lectiones graviores o, 4 primus notas reddidit, univers. i. t. d. n. habens 27.

Ita familiis quasi ad aequilibrium reductis, vidimus, num lectiones, quibus in emendando textu non facile careremus, jam omnes exhaustae sint, vel certe sufficiens earum pars? Quum autem lectionum illarum e Prooemio 35,

e t. d. n. 74, i. e. fere $\frac{2}{7}$ in codicibus hactenus electis desiderarentur, majoris hujus, qui restabat numeri diminutio quaerenda erat, idque ita, ut, quia inter lectiones illas aliae aliis longe graviores sunt, non ad numerum tantum, sed etiam ad gravitatem singularum lectionum ab hoc vel illo codice denuo praestitarum attenderetur. Inveniuntur autem e 35 et 74 illis lectionibus, facta omnium reliquorum codicum cum iis comparatione, in 7 codicibus (XL LII LXV. LXXXV. XCVI. CXXI. CXXIII) plane nullae; in 22 (VIII. XII. XVIII. XXIII. XXIV. XXXIII. XXXIV. XLV LXIV. LXXIV. LXXX. LXXXVI. LXXXVII. XCIV. CI. CII. CIII. CIV. CVIII. CXVII. CXIX. CXXVI) singulae tantum; in reliquis binae, ternae, usque ad octonas. Codices nunc addendi, quo magis numerus denuo innotescentium lectionum augeretur, ex his ultimis eligi debebant, verum ita, ut alia quoque, praesertim major minorve lectionum gravitas consideraretur. Sunt autem ii codices, qui plus quam singulas lectiones usquedum notis, interque eas ad minimum unam inter scitu dignas graviorem addebant:

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Cod. VII | Bamberg. | 3 | e Prooem. | num. | 5. | ex t.d.n. | num. | *35*. 260. |
| — IX | — | 7 | — | — | 52. | — | — | *79*. 148. 165. 176. 182. 257. |
| — XXVI | Regiomont. | 6 | — | — | *1*. | — | — | 26. *64*. 95. 114. 140. |
| — XXXV | Parisiens. | 4 | — | — | 25. 68. | — | — | *79*. 102. |
| — XXXVI | — | 6 | — | — | *1*. | — | — | 73. *164*. 171. 198. 257. |
| — XXXVII | — | 3 | — | — | *1*. | — | — | 139. 228. |
| — XXXVIII | — | 7 | — | — | *1*. 31. *47*. 103. | — | — | 26. 128. 147. |
| — XXXIX | — | 4 | — | — | 26. | — | — | 120. 163. 249. |
| — XLIV | — | 5 | — | — | *1*. | — | — | 42. 94. 147. 260. |
| — XLVI | — | 4 | — | — | 5. *113*. 118. | — | — | 7. |
| — XLVIII | — | 4 | — | — | 9. 92. 96. *125*. | | | |
| — XLIX | — | 5 | — | — | 5. *113*. | — | — | 3. 7. 256. |
| — L | — | 7 | — | — | 6. 11. *113*. | — | — | 7. 147. 199. 256. |
| — LVI | — | 3 | — | — | 103. *113*. | — | — | 163. |
| — LVII | — | 5 | — | — | *113*. | — | — | 44. 105. 115. 142. |
| — LVIII | — | 3 | — | — | *1*. 92. | — | — | *27*. |
| — LXIII | Metensis | 7 | — | — | 28. 51. *113*. | — | — | 176. 183. 221. 229. |
| — LXVII | Scto-Gall. | 8 | — | — | 5.28.51.*113*. | — | — | 10. 26. 176. 221. |
| — LXXXII | Mediolan. | 2 | — | — | 56. *113*. | | | |
| — LXXXIII | Venetus | 2 | — | — | *113*. | — | — | 54 b. |
| — LXXXIX | Taurinens. | 3 | — | — | 28. | — | — | *40* b. 228. |
| — CVI | Lipsiens. | 2 | — | — | 0. | — | — | 96 b. 229. |
| — CVII | Cracoviens. | 2 | — | — | *113*. | — | — | *27*. |
| — CXX | Monacens. | 2 | — | — | 0. | — | — | 26. *193* b. |
| — CXXII | Lipsiens. | 4 | — | — | — | — | — | 54 β. 69 c. 83. *193* c. |
| — CXXIV | — | 2 | — | — | — | — | — | 54 c. 139. |

Ex his elegimus

cod. IX (Bambergensem, qui inter eos, ad quos nobis haud difficilis aditus patebat, maximum lectionum nondum cognitarum numerum complectitur), cum ceteris thesauris illius bibliothecae, quae est praepositi liberalitas, nobis ad usus domesticos concessum;

cod. XXVI (Regiomontanum), a vitiis quidem apertis non immunem (vd. §. 16) at permultas lectiones novas continentem, cujus collationem coeptam nobisque pridem transmissam Dirksenius, nostris precibus benevolo animo facile cedens, ad finem perduxit (ea collatio cum iis, quae de nonnullis hujus quoque codicis lectionibus judicavit in Savignii ephemeridibus [Zeitschrift] comparanda erit);

cod. LXXXIX (Taurinensem), cujus usum domesticum eximiae illius bibliothecae praepositorum liberalitati debemus, a Mayero, Esslingensi, collatum;

cod. CVII (Cracoviensem), vitia quidem aperta non omnino pauca (vd. §. 16.) et lectiones nondum notas non permultas, attamen duas graviores (quarum altera, n. 113, multis codicibus, at nobis aditu non facilibus communis est) praestantem, cujus collationem sub meritissimi Bandtkii auspiciis diligentissime institutam accepimus.

Additis his, quos modo laudavimus, quatuor codicibus, quamvis tantum absit, ut hactenus deficientes lectiones eas, quibus carere nolimus, exhauserimus, ut potius tantum 4, 15 addiderint, semper quarta fere adhuc parte omnium residua: tamen ulterius progredi non licuit, quia Parisiensium (inter quos codd. XLVIII et LVI etiam ob totum ipsorum habitum ex notabilioribus sunt), Metensis vel Sancto-Gallensis collationes non sine magno dispendio vel pecuniae vel etiam temporis, quibus ob sequentes et graviores et difficiliores corporis juris partes elaborandas parcendum est, a nobis institui posse videntur.

Novis modo recensitis additionibus, quum aequilibri-

um inter familias antea stabilitum non tolleretur [1]); simulque eorum codicum, qui a toto habitu commendantur, magna pars inter eos sit, quos elegimus, neque desint cujusvis seriorum saeculorum — ad quintum et decimum usque — aliquot codices, quibus inerunt historiae lectionum in crisi adhibenda haud inutilis specimina: in hoc codicum delectu subsistere poterimus, ita tamen, ut eorum codicum, quorum partes quaedam jam excerptae nobis ad manus sunt, vel notatu digniores videntur, has certe addamus. Sic in iis capitibus recensendis, quae speciminis causa collata sunt, omnium omnino codicum, si quid iis utile inerit, ratio habebitur; neque minus, si Bieneri schedae, quas in editione Institutionum paranda collegit, ad manus erunt (id quod, si ipse auctor tunc iis carere poterit, speramus), codicum, quibus ipse usus est, Savignii, Berolinensium et Lipsiensium publicorum XV. XVII. XVIII. CVI. CXXII.

---

1) Habentur enim nunc
e fam. I codd. XIII. LXVI, cognati *V.* VI. XX (?). XXII. *LXIX.* LXX. LXXII. LXXXIX. CXIV. CXXV.
— II — XIX. XXII. LXXVI cogn. *II.* III. VI. IX XI. XIII. XIV. XX (?). XXI. XXVI (?). XXVII. XXIX. XXX. *LXVIII.* LXIX. *LXX.* LXXII. *LXXXIX.* CVII. CXVI. CXXV.
— III — I. II. III. XXX. cogn. XIV (?). XXI. XXIX (?). LXVIII. LXX. *LXXI.* LXXXIX. CVII. CXIV. CXVI.
— IV — XXIX. LXXVI. cogn. I. *XI.* XIII (?). *XVI.* XX (?). *XXII.* XXVI. *XXVII.* XXX. LXVIII. LXXI. *LXXXIX.* CVII. CXVI CXXV.
— V — VI. XI. XXVI. CVII cogn. V. XIV. *XVI.* XX (?). *XXII.* *XXVII.* XXIX. LXXI. LXXVI. LXXXIX. CXIV. CXVI. CXXV.

CXXIII. CXXIV. lectiones ibi consignatas adhibebimus. Quorum codicum primus (XV) in capitibus speciminis loco collatis 2, secundus (XVII) 3, tertius (XVIII) 1, quartus (CVI) 2, quintus (CXXII) 4, septimus (CXXIV) 2 lectiones catalogi tabula VI. exhibiti denuo notas fecerunt.

Similiter in usus nostros vertemus, quaecunque Dirksenius excerpsit e reliquis duobus codicibus Regiomontanis (XXVIII. CIX.). Prioris cod. collationem per tres primos libros continuatam cum reliquis schedis comiter ipse nobis transmisit, cum qua Dirksenii ipsius judicia de nonnullis lectionibus ejusdem codicis in Savignii ephemeridibus (Zeitschrift tom. I) comparanda erunt. Hujus codicis magna sic innotescente parte, quum in Prooemio et tit. d. nupt. antea ignotae lectiones quatuor (catalogi tab. VI) contineantur, numerum lectionum, quibus carere nolimus, haud mediocriter auctum iri speramus. Itidem posterioris cod. Regiomontani bibl. Wallenrodtianae, ad minuendum quoque numerum lectionum deficientium inprimis comparati (habet enim in Prooem. et tit. d. n. 6 usquedum ignotas), licet non paucis vitiis apertis maculati, aliquot loci priorum trium librorum, de quibus Dirksenius in Savignii ephemeridibus (Zeitschrift tom. I) egit, innotescentes consulentur.

His accedit, in editione Haloandrina, Cujaciana, Hotomanniana, Contiana, Rusſardiana laudatas codicum lectiones, quibus minus magisve jam Otto, Koehler et Biener usi sunt, a nobis haud neglectum iri: de quo autem, quum editores illi, sui aevi genio indulgentes, codices suos curatius designare supersedissent, hoc loco nihil aliud addi potest, nisi quod plurimi illorum codicum Gallici fuerint, ideoque editiones illae ei defectui, quod Parisienses nullos collatos habemus, aliquatenus mederi possint.

Codicum, qui propter singulares virtutes notabiles sunt, quum eos, quos quidem coram habere licuit, fere

omnes a capite ad calcem contulerimus, supersunt tantum

codd. LXXXV (Taurinensis), CXVII. CXXI (Monacenses), qui in iis partibus, ubi Graeca habentur, conferendi erunt. — Hos enim integros conferre ideo omittemus, quia primus et tertius eorum in Prooem. et tit. d. nupt. ne unam quidem hactenus ignotam lectionem aliquatenus graviorem, secundus tantummodo unam talem notam fecit, eamque ab causam metuendum videtur, ne paene frustra hos codices a capite ad calcem conferamus.

§. 19. *Continuatio.*

Jam ut totum hunc de codd. msctis locum ad finem perducamus, nihil superest, nisi ut eas notas indicemus, quibus in adnotationibus editioni nostrae subjiciendis singulos codices significare in animo est. Quas ita elegimus, ut et facile scribi possent, et ordine ipso, quo se invicem exciperent, aetatis progressum atque alia etiam quodammodo indigitarent. Sic prodierunt aliae notae eorum codicum, quorum collationes vel totum ambitum Institutionum, vel majorem earum partem complectuntur, aliae eorum, quorum tantum fragmenta quaedam vel certe minor totius libri pars nota est:

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Cod. 1 | Bamberg. | saec. | 9, | supra dicti | I, | de quo vd. p. | 36. 122. |
| — 2 | Taurin. | — | 10 | — | XC, | — — | 55. 127. |
| — 3 | Paris. | — | 11 | — | XXX, | — — | 42. 125. |
| — 4 | Bamberg. | — | 12 | — | II, | — — | 36. 123. |
| — 5 | — | — | — | — | III, | — — | 37. 123. |
| — 6 | Monac. | — | — | — | CXVI, | — — | 62. 127. |
| — 7 | Hafniens. | | 12 vel 13 | — | CXIV, | — — | 62. 127. |
| — 8 | Gottorpiens. | | 12 (?) | — | LXX, | — — | 49. 126. |
| — 9 | Bamberg. | — | 13 | — | V, | — — | 37. 123. |
| — 10 | Argentinens. | | 13 | — | LXXII, | — — | 50. 127. |
| — 11 | Wenckii, | a. | 1259 | — | LXVIII, | — — | 48. 126. |
| — 12 | Wirceburg. | saec. | 13 | — | XIII, | — — | 39. 129. |

Cod 13 Taurinens. saec. 13, supra dict. LXXXIX, d. q. v. p. 55. 133.
— 14 Regiomont. — — — — XXVII, — 41. 125.
— 15 Vratislaviens. — — — — XXIX, — 42. 125.
— 16 Dorvillii, — 14 (?) — LXXI, — 50. 126.
— 17 Gottingens. 13 vel 14 — XVI, — 40. 124.
— 18 Guelpherbyt. — — — — XXI, — 41. 124.
— 19 Bambergens. — 14 — — VI, — 38. 123.
— 20 — — — — — IX, — 38. 133.
— 21 Gothan. — 14 — — XI, — 39. 123.
— 22 Jenens. — — — — XIV, — 39. 124.
— 23 Spangenberg. — — — XX, — 40. 124.
— 24 Regiomont. — — — — XXVI, — 41. 133.
— 25 — — — — — XXVIII, — 42. 135.
— 26 Hamburg. — — — — LXVI, — 47. 129.
— 27 Norimb. — — — — LXIX, — 48. 130.
— 28 Cracov. 14 vel 15 — — CVII, — 60. 133.
— 29 Berol. circa a. 1432 — — XIX, — 40. 130.
— 30 Stuttgart. c. a. 1466 — — XXII, — 41. 130.
— 31 Guelpherb. c. a. 1472 — — LXXVI, — 52. 130.
Cod. a Veronens. frgmt. antiquiss. — XCI, — 57. 127.
— b Taurinens. antiqu. prior. fol. saec. 12, XC, — 55. 127.
— c Regiomont. saec. 12 sup. dic. — XXV, — 41. 125.
— d — — 13 — — — CIX, — 60. 135.
— e Lipsiens. e Bieneri schedis — CVI, — 59. 134.
— f Rinckii — — CXXV, — 66. 128.
— g Savignii saec. 14, quatenus a
Bien. ejus lectt. consign. sunt, — XV, — 40. 134.
— h Berolin. saec. 14 e Bien. sched., — XVII, — 40. 134.
— i Berolin. — 14 e Bien. sched., — XVIII, — 40. 134.
— k Lips. — 14 e Bien. sched., — CXXII, — 65. 134.
— l Lips. — 14 e Bien. sched., — CXXIII, — 66. 134.
— m Lips. — 14 e Bien. sched., — CXXIV, — 66. 134.

Reliquis codicibus, tam iis, quos editores, de quibus supra diximus, laudaverunt, quam iis, quos in Graecis

tantum inspiciemus, vel quorum lectiones in Prooemio solo et tit. d. nupt. ad manus sunt, proprias notas tribuere, quum vel abbreviationes per se intellectu facillimae (ut codd. Rufs. pro Rufsardianis), vel numeri Romani hic statim ab initio adhibiti omnino sufficiant, opus non fuit.

---

## *Cap. 2. De fontibus Institutionum, versionibus, epitomis etc.*

### §. 20. *De fontibus eorumque derivationibus.*

Fontes, versiones, epitomas, et quae sunt ejus generis, in antiquorum librorum crisi saepe utilissima esse, quum omnibus constet, haec etiam accurate investigare curae nostrae fecimus.

Quas Niebuhrii et Goeschenii immortalibus beneficiis debemus, Caji genuinae Institutiones primum omnino inter puros Institutionum fontes locum occupant, sive ambitum et numerum locorum spectes a Caio in Institutiones receptorum, sive codicis, quo Caius nobis servatus est, summam antiquitatem, cum qua, excepto minimo quodam fragmento (cod. XCI), nullius Institutionum codicis aetas ne comparari quidem potest. Dum autem laeti, nobis primis inter Institutionum editores contigisse, ut tanto subsidio editionis nostrae frui liceat, summosque in viros, quibus hoc debemus, gratissimi, diligenter hoc subsidio usuri sumus: cavebimus tamen, ne nobis simile quid accidat ei, quod post primam accuratam Pandectarum Florentinarum collationem haud pauci viri docti passi sunt. Si quis enim Veronensibus Caji Institutionibus summam ubique auctoritatem in Institutionum textu constituendo tribuere velit, hoc apertius falsum erit, quam quod similiter in Florentinis Pandectis factum est. Facilius enim, ut primum rem generatim spectemus, fieri potuit, ut codex Pandectarum,

i. e. venerandi libri legum, paucis forsan annis post promulgationem earundem exaratus, fidelissimum archetypi apographum esset, quam ut duo exemplaria libri in scholis quotidiani, eamque ob causam pro Doctorum discipulorumque diverso ingenio studiorumque genere multis omissionibus, mutationibus, additionibus obnoxii, alterum, quo Institutionum compilatores tribus fere seculis post libri compositionem utebantur, alterum, quod eodem fere tempore exaratum nobis nunc, bonis avibus, redditum est, sibi invicem per omnes partes simillima fuerint; quo accedit, quod in Institutionibus componendis etiam fontis mutatio locum invenire potuerit. Quodsi vero codicem Caji Veronensem consideramus, eum minime accurate scriptum esse, e multis oscitantiae librarii speciminibus, interdum vere ridiculis, ab editore in adnotatione hic ibi notatis patet, existimarique licet, inter Tribuniani et Professorum juris, quibus Institutionum conficiendarum cura demandata erat, supellectilem literariam meliora illius tum temporis vulgatissimi libri exemplaria extitisse, eique operi adhibita fuisse. Quid? quod e comparatione haud paucorum locorum, quae hunc in finem inspeximus, nobis certe (talia enim saepe sentiri magis, quam significari demonstrarique possunt) sequi videtur, antiquitatis nitorem in singulis verbis eorumque conjunctione et constructione saepe in Institutionibus magis, quam in Caji codice Veronensi servatum esse [1]); quod, quum Institutionum compilatores antiquitatis speciem denuo addidisse fonti suo nemo facile asseruerit, vix aliunde originem suam ducere potuit, quam quod Caji codex, quo ipsi usi sunt, melioris notae fuit.

---

1) Comparentur Justiniani Inst. I, 24 (d. satisdat. tut. v. cur.), pr., cum Caji Inst I §. 199, ubi verbosa illa et anxie accurata „pupillorum pupillarumve", „qui quaeve" longe magis, quam brevia et minus accurata „pupillorum" „qui" Edicti et genuini Caji sermonem sapere videntur.

Quo certius vero omnem ex hoc thesauro fructum capiamus, praeter accuratissimam editionem Berolinensem (1820. 8.) Institutiones quoque cum nuper vulgatis Caji Institutionibus collatas, auct. Du Caurroy de la Croix (Paris. 1821), qui liber indicis Cajani in singulos Institutionum locos vices explere poterit, adhibebimus. — Cajum Visigothicum eosque post Caji Veronensis inventionem editos libros, qui rationem ejus habuerunt, ubi inde commodi quid capi posse videbitur, adire haud negligemus. Quum autem Visigothi Cajum misere tractarint, et recentiores, quos novimus, scriptores alios potius fructus, quam eos, qui ad crisin Institutionum pertinent, e genuino Cajo sumere studuerint, veremur, ne rarissime illos libros utiliter evolvamus.

Ulpiani liber singularis Regularum, in paucissimis tantum locis [2]) fons Institutionum, ex Hugonis diligentissima editione (Berol. 1822. 8.) a nobis consuletur.

Pandectae et Codex, qui sat multis locis Institutionum fontes, verum a mutationibus haud immunes praestant, haud praetermittentur. Sed in ea re ad id omnino attendendum erit, Institutiones minime e Pandectis ipsis, sed, Justiniano in Prooemio Institutionum [3]) recte referente, ex ipsis antiquis libris, unde etiam multa Digestorum loca sumta sunt, excerptas esse videri, idque ita, ut in Institutionibus componendis nonnumquam eorundem librorum codices ad manus fuisse verisimile sit, diversos ab iis, qui in Digestis scribendis adhibebantur. [4]) Quae obser-

---

2) Cf. Ulpianum tit. 20, §. 6. cum Inst. 2, 10 (de testamentis ordinand.) §. 8.

3) §. 5.

4) Hoc ut per se eo tempore, quo antiqui libri adhuc in crebro usu erant, a veri specie non alienum est, ita accurata singulorum locorum inspectione confirmatur, potissimum quoad Ulpiani et Marciani Institutiones ita, ut earum certe alia

vatio, ut circa usum horum librorum criticum nos cautiores reddere debet, ita tamen eum tollere nequit.

In comparatione autem Institutionum cum Digestis et Codice optimis et recentissimis editionibus utemur, nostras in hos ipsos libros impendendas curas, si qua utilitas ad crisin Institutionum inde emanaverit, postea eodem translaturi. Quod autem ad auxilia attinet, quibus in Digestis et Codice excutiendis adjuvabimur, primum locis Digestorum et Codicis parallelis in plerisque editionibus jam laudatis, eos, qui inspici debebunt, sine labore inveniemus; in ipsa vero comparatione critica instituenda ab editoribus prioribus haud multum adjuti, etiam apud Haloandrum, cujus praefatio promittere videtur, ipsum haec unice curaturum esse, recentioresque editores parum, quod eo pertineret, deprehendimus.

### §. 21. *De versionibus, epitomis etc. Institutionum. I. orientalibus.*

Eorum librorum, qui ex Institutionibus ipsis facti, nobis in crisi earum occupatis utiles esse poterunt, duo potissimum genera distinguenda sunt, orientalium quippe et occidentalium.

Illorum primum locum occupat Theophili paraphrasis, quam (e Reiziana editione, addituri „Fragmentum graecum de obligationum causis et solutionibus, inprimis de stipulatione Aquiliana, ab Angelo Majo repertum", ex Hauboldi editione Lips. 1817) semper manibus versabimur, maxime ut hujus libri summa auctoritate haud paucas hic

exemplaria Digestorum, alia Institutionum compilatores adhibuisse videantur. Cf. v. c. Inst. I, 1 (d. just. et jure) §. 4. cum D. eod. tit. l. 1. §. 2; Inst. I, 2 (d. jur. nat.) pr., cum D. eod. l. 1 §. 3; Inst. I, 3 (d. jur. personar.) §. 5, cum D. I 5 (d. statu homin.) l. 5 pr., quibus haud raro diversitates e diverso Institutionum et Pandectarum componendorum fine vix ac ne vix quidem derivandae insunt.

ibi emergentes lectionum variantes, si ex Theophilo constiterit, eas recentioris originis esse, rejiciamus; interdum etiam, ut usquedum ignotas, omni attentione dignas inde deducamus. In ponderandis hisce omnibus tam ad id, quod viri docti de aetate, quam quod de indole hujus paraphraseos ab auditore quodam Theophili calamo exceptae vel demonstraverunt, vel verisimillimum fecerunt, numquam non diligenter attendemus. Hujus autem rei summa circa id versari videtur, quod paraphrastes plane genuinum sibique optime notum Institutionum exemplar coram habuerit, et si quas lectiones accurate vertere volebat, ejus versione in alium sermonem, cujus literae ac formae talia librariorum vitia, qualia latini sermonis formae, vix admittebant, omne de lectionibus istis dubium eliminaverit, saepe autem, quod in omnes fere veterum versiones cadit, archetypon suum minime accurate exprimere voluerit, isque defectus, cum auditor Theophili, quae ipse dicebat, calamo exciperet, haud parum auctus fuerit. [1])

Quum ab Hotomanno inde usque ad Bienerum editores Theophilum haud raro consuluerint, saepe locus erit, nostrum de hujus auctoris in certi cujusdam loci crisin vi ac potestate judicium cum aliorum de eadem opinionibus conferendi, excolendi atque emendandi.

Ceterorum librorum juris Romano-Graeci Basilicorum scholia, nec non Collectiones ecclesiasticae nunc indicum ope, quos Hauboldo [2]) debemus, longe facilius quam antea cum suis fontibus comparanda, a nobis inspicientur. Quae enim in Basilicis ipsis extant loca, ad Institutiones spectantia, jam a Fabroto indici suo inserta, om-

1) Cf. Excursus editionis Reizianae; Ph. B. Degen Bemerkungen über d. Zeitalter u. d. Institutionen-Paraphrase des Theophilus, Lüneburg 1809; Schrader in Hugonis ephemeridibus (civilistisches Magazin, vol. 4. pag. 413 sqq.

2) Manuale Basilicorum, Lips. 1819.

nia ex Theophilo sumta esse, nobis e comparatione dudum facta constat; eamque ob causam, quum, quatenus Theophili integritati restituendae inservire poterant, jam a Reizio inspecta sint, ab operis nostri consilio aliena videntur. Aliter fortasse res se habet quoad loca Institutionum in scholiis Basilicorum et Collectionibus Canonum obvia, fortasse ex aliis versionibus Institutionum sumta; quae itaque, dum contrarium constiterit, evolventur. Eam autem operam, ut in reliquis quoque libris juris Graeco-Romani in Hauboldianos indices non receptis Institutionum loca requiramus, nunc navare in animo non est, quia veri speciem habet, eos, maxima ex parte recentiores, et a genuino librorum juris Justinianei textu remotiores, ex Institutionibus (quibus Graeci rarius, quam ceteris libris Juris Justinianei, idque saepissime ex Theophilo uti solebant,) nihil, quod nobis inservire possit, servasse.

§. 22. *II. De libris occidentalibus.* 1) *de versionibus.*

Versionum, epitomarum etc. occidentalium, quae vel solas Institutiones, vel alia quoque complectuntur, ad nostram usque aetatem larga seges est, quarum autem, quum multi hisce ipsis in terris facti Institutionum codices et editiones, unde longe facilius et certius quam e versionibus etc. lectiones quovis aevo et quavis regione frequentatas sumi licet, hodieque supersint, eae tantum fructum quendam criticum nobis praebebunt, quae remotiori aevo, e quo pauci codices supersunt, originem suam debent.

Quare [1]) versionum occidentalium nulla nobis inserviet. Earum enim, quarum notitiam habemus, pleraeque demum arte typographica inventa factae esse videntur; eae autem, quae illis antiquiores sunt, tamen saeculum, cujus sat multos codices superstites habemus, non

1) Cf. Spangenbergii Einleitung pag. 351 sqq.

superant. Sunt autem duae, altera Francogallica, altera Germanica. Francogallicae antiquae (fortasse plurium) codices aliquot msctos Spangenbergius laudat [2]; alium nos vidimus [3]). Hic quum 14ti potius, quam 13tii saec. sit, et Parisiensis a Spangenbergio laudatus, ceterorum solus, de cujus tempore aliquid constat, ad finem 14ti saeculi — quo Carolus 5tus regnum Galliarum obtinebat — referatur, e codicum antiquitate nihil de hujus versionis aevo inferri licet, quo ad conferendam eam invitemur. Accedit, quod ejus certe codicis, quem ipsi vidimus, capita quaedam perlecta quoad internas virtutes ita ad 13tium vel 14tum saeculum pertinere videantur, ut nec inde colligi possit, hanc versionem antiquiori aevo confectam esse. — Antiqua germanica versio, cujus initium est: „In dem namen unsers herren Jhesu Cristi eyn gebieter uber die recht, die man verhandeln muſs“ textum Institutionum et Glossam Accursianam continens, quorum ille saepius periphrastice versus est, extat in codice chartaceo 15ti saec. ineuntis, qui est inter libros literatissimi Doctoris medicinae Kloos, Moeno-Francofurtani, qui eum nobiscum benigne communicavit. Hujus quoque versionis aetas Post-Accursiana quum nullo dubio obnoxia sit, ejusque aevi plerique codices supersint, nullus criticus usus esse poterit, etiamsi versio ipsa, multis, quoad nos quidem legimus, vitiis scatens, meliorem notam mereatur.

§. 23. 2) *De ceteris libris.*
*A) saecularibus.*

Utiliores nobis erunt 2) haud pauci librorum juris medii aevi aliqua parte ex Institutionibus factorum, quorum magnam partem potissimum Savignius vel primus cum studio

2) Loco not. 1) laudato.

3) Argentorati in bibliotheca provinciae publica (Departements-Bibliothek) Ejus initium est: „En nom de nostre seigneur Jsu Crist. Ci commencent les institutes.“

studio juris civilis conjunxit, vel magis divulgavit, vel aetatem ceteraque ad eorum cognitionem pertinentia accuratius enodavit. Quorum primo

A) eos percurremus, qui non proprie clerum et jus ecclesiasticum respiciunt.

a) Petri exceptiones legum Romanorum, paulo ante Bononiensem scholam efflorescentem, ut videtur, conceptae paucos tantum Institutionum locos habent, quae autem ob hujus collectionis haud contemnendam aetatem omnino evolvendae erunt, et quidem e Savignii editione [3]), ipsius indicibus loca, quae inspicienda erunt, monstrantibus. — Continuatio ejusdem libri in Taurinensi codice, quem nunc coram habemus, a Clossio reperta ex Institutionibus nihil habere videtur. [4])

b) Liber, qui in codicibus „Summa novellarum constitutionum Justiniani Imperatoris", in editionibus „Brachylogus" inscribi solet, a verbis Institutionum ceterorumque librorum juris Justinianei, quorum sententias proprio potius Marte in alienam formam transfudit, ita remotus est, ut, quamvis satis antiquus esse videatur, vix tamen aliquam nobis utilitatem allaturus sit. [5])

c) Breviatio Institutionum Justiniani (ita inscribitur), cujus, praemisso prologo, initium est: „Justitia est constans et perpetua voluntas" finis: „Interdicta autem quaedam adipiscendae possessionis causa comparata sunt, quaedam retinendae, quaedam recuperandae" prae aliis digna videtur, ad quam attendatur. Hujus exemplar eâdem scri-

3) Geschichte des römischen Rechts im Mittelalter, tom. 2.

4) Cf. de hac serioris aevi continuatione Savignium eodem libro (tom. 3. p. 663).

5) Hoc de Brachylogo judicium inde natum est, quod, dum Schraderi auspiciis Specker libellum, de quo lit. d. agemus, describeret, in tot locis Institutionum ab illo perpensis Brachylogus semper ita remotus a verbis legalibus inveniebatur, ut ejus usus criticus nullus esset.

ptura, qua cetera illius voluminis, i. e. 12 saeculi exaratum, in codice regii Athenaei Taurinensis, cujus signum est H. II. 5, supra (num. LXXXV) descripto, pag. 91 sqq. [6]) extans, singulari beneficio praefecti illius bibliothecae, ill. abbatis Bessonis coram habemus.

---

6) Hunc libellum antecedunt a) Institutiones; b) Petri exceptiones, duobus libris, de quibus supra diximus, locupletatae; c) capitula Isidori de legibus (Etymolog. lib. 4); d) chemica et grammatica nonnulla; e) juridica quaedam, nullam communem inscriptionem habentia, quorum pars, v c. cap. de obligationibus, ex Institutionibus, alia, e. g. cap. de mandato, ex Isidoro sunt; aliorum originem ignoramus, inter quae est caput de lege Falcidia, legitimam, at qualem Justinianus ordinavit, ex hac ipsa lege deducens, et de gradibus cognatorum, quod non verbis, sed sensu respondet, partim Caus. 35 qu. 5. cap. 1, quod Isidoro tribuitur, partim Egberti excerptionibus (ap. Mansium in conciliis tom. XII), cap. 138, et, quum fratrem et sororem adhuc truncum faciat, ante decimum saeculum, quo hodie sic dicta canonica computatio, cui pater truncus est, jam in usu erat, conceptum videtur (cf. J. H. Boehmeri Jus. eccles. Protest. lib. 4 tit. 14 §. 11 sqq.); f) libellus, qui inscribitur „De verbis legalibus", cui prologus praemittitur sic incipiens: „Introducendis ad Romanarum legum notitiam". Complectitur is libellus definitiones e libris legalibus sumtas, quae pro ea certe parte, quam nos legimus, scite et bene latine, interpretationis tantum causa verba vulgaria (ut „quod vulgo dicitur „in tasco" „ferma") admiscendo, non tam e libris Justinianeis descriptae, quam inde compositae sunt. Post hujus libelli caput de partis appellatione ita desinens: „Servius partis appellatione utrumque significare ait" sequitur g) nova inscriptio: De significatione verborum legalium, sub qua prioribus longe breviores articuli, iique saepe minus scite concepti, pro parte certo e tit. Dig. d. verbor. significat., at saepissime longius inde recedendo, facti continentur. Nova inscriptione „Ex codice et decretis" h) regulae juris potissimum ecclesiastici, immixtis verborum interpreta-

Prologus huic breviationi praemissus, cujus initium est: „In initio Institutionum Justiniani quatuor inquirenda

---

tionibus inveniuntur. Postquam ea sic desierunt: „paranimphos custos sponsae", iterum i) diversa juridica, potissimum processualia, totas saepe lites cum earum decisione describentia, sequuntur, inter quae duo sunt digna, quae hoc loco describantur. Alterum „de actione usucapti. Si quis coepit usucapere bona fide, postea scit rem alienam esse, non potest usucapere. Alibi dicitur, quod potest. Quod sic solvitur. Quando scit alienam esse, et vult eam tradere domino, si invenerit eum, usu capiet. Sed si non vult tradere domino, sed contrectat, furtum facit, et non potest usu capere. Contrectare est animo furandi bajulare." Haec est praeparatio ad bonam fidem per totum usucapionis tempus, a jure canonico postea requisitam, cujus num Icti nostri jam notitiam habeant, nescimus. Alterum est" de petitione dotis. Si vir moritur, petitio dotis est annua, bima, trima, i. e. in primo anno potest peti una pars, secundo secunda, tertio tertia. Et magis valet, si ipsa dos legetur a marito uxori, quia ea tunc simul et semel habetur." Haec descriptio, ab Justinianeae legis Cod. 5, 13 (de rei uxor. act.) §°. 7 hoc antiquius jus abrogante plane recedens, omnino ex Ante-Justinianeo jure desumta, invitat ad haec omnia, quibus forsan cetera similia ab antiquissimis inde temporibus inter formulas actionum servata continentur, diligentius excutienda. Horum juridicorum capitum pars posterior, at sine distinctione priorem sequens, ad ecclesiastica deflectit, ubi in margine Constantinus, Codex et varii canones decretalesque epistolae, omnes 9^no^ saeculo vix recentiores (concil. Ephesinum, Triburiense, Remense, Cabillonense etc., Pontifices Pius, Dionysius, Eusebius, Nicolaus, Gratianus) laudantur. Interjectis deinde quibusdam e Tullio de officiis I, 33 non nihil mutatis (optima haereditas — ab his est diligentius declinandum) et grammaticis nonnullis, redeunt ecclesiastica, inter quae est Professio Imperatoris Ottonis Joanni Papae facta (10^mo^ saec.) et Gratiani verba de saecularis et ecclesiastici judicis in clericum potestate Caus. XI qu. 1 post cap. 30 (medii 12^mi^ saec.).

sunt", finis: „Institutionum igitur quatuor libros in brevem summam redigens causaque minorum id faciens prolixa constrinxi, utiliora hic posui", continet etymologico-historico-philosophica, iis similia, quae codici Institutionum Argentoratensi antiquiori, a verbis incipientia „Liber iste institutionum seu elementorum nomen habet", praemissa sunt. Tunc sequitur breviatio ipsa in 8vam usque paginam porrecta; quam continuo excipit „de verbis quibusdam legalibus" tractatio (cui v. c. de legis rogatione, derogatione, subrogatione, abrogatione, obrogatione Ulpianeis — Fr. t. 1. §. 3. — simillima insunt); arbor deinde consanguinitatis, cui declarationes quaedam adjectae sunt; tunc „de gradibus consanguinitatis" ex l. 3 Institutionum Justiniani (septem priores paragraphi descripti), cum tractatu de consanguinitate ex jure canon. petito, atque sic incipiente: „Tria quaedam sunt consanguinitas, affinitas, spiritualis germanitas", in quo bis Gregorii verba laudantur, primum, quae etiam apud Gratianum extant C. 35 qu. 2 et 3, c. 10, suppositiția quidem, at octavo jam saeculo extantia (cf. Boehmerum in edit. Corp. jur. can. ad l. l., et in Jur. eccles. Protest. l. 4 t. 14 §. 8); deinde a Gregorio II. profecta (concil. Roman. a. 721 cap. 5. 7. 9. Cf. Mansi concil. tom. 12 pag. 263), quae a Gratiano absunt. Denique (sine inscriptione) notae in Institutiones sic incipientes: „Justitia est constans et perpetua voluntas, jus suum cuique tribuens. Merito dixit, justitia est voluntas, quia nihil est justum, nisi voluntarium, ut Cicero ait." Quae notae, parum ordinatae, in generalibus de personis desinunt, iterumque veniunt iis, quae Institutionum breviationi antecedunt, similia. 7) Breviatio ipsa nihil alienum, quod excerptis

7) Verborum interpretationes sine inscriptione, et Tractatus de jure et ejus speciebus sic incipiens: „Humanum genus duobus regitur, naturali videlicet jure et moribus", ac desinens: „Haec de naturali jure et constitutione et consuetudine disseruimus, et differentiam, qua ab invicem discernuntur, assignavimus. Finis."

ex Institut. immixtum sit, continere videtur, unde de aetate aliquid inferre liceat. Quum autem, quae proxime cum hac breviatione connexa sunt, verborum quorundam legalium expositio et tractatus de consanguinitate ad antiquius tempus respiciant, scilicet partim Ulpianeis, quae nunc nusquam, nisi in Ulpiani fragmentis extant, innitantur, partim in ea parte juris, quam jus canonicum in multis reformavit, octavo nonove saeculo oriunda laudent; deinde quum alia eodem volumine eademque manu scripta Isidoriana sint, imo in formulis ipsis antiquius jus ab Justiniano correctum praestent, et eorum, quae ad jus canonicum spectant, unus tantum libellus Gratiano recentior sit, cetera ad antiquius aevum spectare videantur (cf. not. 6), et hancce ob viciniam omnino fieri potuerit, ut etiam breviatio Institutionum, quae ob formam literarum 12mo saeculo recentior esse nequit, longe antiquiore tempore facta sit: haec, quae diligenter et scite concepta verisimiliter eas lectiones refert, quas illo tempore doctiores pro veris habebant, omnino conferenda erit. [8])

d) Epitome Institutionum, medio 12mo saeculo, ut videtur, idque satis diligenter facta, et quidem ita, ut cum Taurinensi breviatione (lit. c) non cognata videatur, multosque Institutionum titulos plane respuens, longe brevior evaserit. Hujus codex, exaratus haud multo serius, eodem volumine, quo Rogerii Summa et Petri Exceptiones le-

8) Reliqui etiam libelli hoc codice comprehensi digni videntur, qui accuratius excutiantur, partim ut fontes, unde sumti sunt, certo consignentur, quo examine instituto speramus fore, ut nostra antiquioris juris notitia hic ibi augeatur; partim ut, quomodo libelli antiquiores de verborum juris significatione, quorum magnum numerum hic codex praestat, fontibus juris connexae sint, et quamnam ad illos rationem recentiora vocabularia juris habeant, disquiratur, qua disquisitione nostram historiae juris literariae medii aevi scientiam haud parum auctum iri speramus.

gum continentur, Tubingae in bibliotheca universitatis adservatur, licet ejus aevi sit, cui non quidem multi, at non omnino pauci codices Institutionum debentur, nihilominus, quum absque multo negotio e libro impresso conferri possit, omnino conferetur. [9])

e) Recentissima, medio aevo oriunda Institutionum epitome, quae nobis innotuit, Magdeburgi in bibliotheca cathedrali adservatur, in codice membranaceo, fol., non signato, varia interque ea Senecae quoque epistolas complexo, 14 vel 15to saec. conscripto. Epitome, quae inscribitur „Instituta Justiniani", quaeque a verbis „Imperatoriam Majestatem" incipit, non pauca Accursiana immixta habet, nihilque in ea, quantum legimus, antiquiorem originem, vel singulares virtutes prodit: quare, quum codices integri Institutionum ex aevo Accursiano et seriori permulti supersint, hunc librum conferre merito supersedebimus.

## §. 24. B) *De libris ecclesiasticis.*

Collectionum, partim ex Institutionibus excerptarum, ecclesiasticarum, quarum tantum non omnium primam cum studio juris civilis conjunctionem Savignio debemus, recensum hunc habe:

1) Collectio canonum, Anselmo dedicata, sub finem noni saeculi facta, magnam partem Institutionum, interdum integros titulos, hic quoque capita dictos, complexa, quae typis nondum exscripta est, prae ceteris conferenda

---

9) G. F. Specker (pr. Schradero) Diss. qua „Epitome Institutionum" describitur, (Tubingae 1819), sistit omnes locos Institutionum hac epitome comprehensos, cum Inst. ipsis comparatos. Scatet haec dissertatio vitiis typographicis, quam ob causam saepe codicem ipsum denuo inspiciendi necessitas nobis imposita erit.

erat, quod factum est a Clossio, Parisiis morante, e cod. Sorbonnae num. 752 (ant. 841), qui et ipse venerandae aetatis est, sub initium saec. undecimi (1009) jussu Heimonis, episcopi Virodunensis, a monacho Rudolpho (testante subscriptione) exaratus. Cum qua collatione jungentur capita quaedam e Metensi hujus collectionis codice, undecimo saec. scripto, num. 63, item a Clossio collata; addeturque praeterea ob insignes hujus collectionis virtutes usus domesticus codicis Bambergensis, qui decimi, ut videtur, saec. eandemque collectionem continens, signatur: $\frac{12-P}{1-12}$. Ejus notitiam Cramero debemus, ipsumque Jaeckii beneficio coram habemus. Speramus autem, nostram editionem his libris haud parum adjutum iri, primum quia collectio ipsa ejus aetatis est, quam vix unus integer codex attingat, deinde quia codices ejusdem, quibus usi sumus, ad aetatem Ante-Bononiensem pertinent, praetereaque (eo certe nomine) bonae notae videntur, quod Graecorum plurima servarunt. [1]) — Quod in aliis similibus libris fieri nequivit, ut rationem, quae inter eos et alios criseos fontes intercederet, examinaremus, id hanc circa collectionem, quippe quae majores Institutionum partes, interque eas locum de nuptiis speciminis causa collatum complectitur, tentari potuit. Invenimus autem plerumque in tribus hujus collectionis codicibus lectionum varietatem plane similem ei, quae in codicibus Institutionum ipsarum recentioris quoque aevi obtinet, [2]) in

1) Vide de collectione ejusque codicibus Savignium in libro: Geschichte des römischen Rechts im Mittelalter tom. 2 pag. 274. Post hunc librum editum duo hujus collectionis codices in Germania extantes, Cramero inventore, innotuerunt, uterque Bambergensis, alter, de quo supra egimus, alter sign. $\frac{9-P}{1-9}$ parum recentioris aetatis.

2) V. c. in tit. d. nupt. pr. Parisiensis cod. habet „dum tamen si filii familias et consensum“, Metensis „dum tam. filiif. et cons.“, Bambergensis „dum tam. filiif. consens.“

quibusdam locis lectiones alibi nusquam visas, quae constanter in tribus hujus collectionis codicibus redeunt. [3]) Quae utrum hujus collectionis compilatori tribuenda, an pro lectionibus priori tempore frequentatis, postea vero e codd. Instit. eliminatis habenda sint, de eo dubitamus, neque prius, quam post accuratum omnium in hac collectione obviorum capitum institutum examen sententiam dicere audemus.

Minoris momenti, at non omnino contemnendi sunt, qui jam sequuntur libri, et quidem

2) Collectio Anselmi Luccensis, undecimo saeculo facta, typis nondum exscripta, quae unicum Institutionum locum habet, [4]) cujus duo codices Parisienses, alter num. 1444 saeculi 16ti, alter (St. Germani a Pratis, 939) saec. 17mi, ad cujus marginem lectiones codicis Vaticani vetusti notatae sunt, unus Mediolanensis, bibl. Ambrosianae, num. 287., a Clossio collati sunt.

3) Collectio Caesar-Augustana, undecimi saec. exeuntis, nondum impressae, nonnulla Institutionum loca exhibens, [5]) cujus duos codices Parisienses 12mi saec., num. 3875. 3876, Clossius contulit.

4) Alia ejusdem aevi nondum impressa collectio, tribus sectionibus constans, cujus initium est: „Quoniam quorundam Romanorum decreta Pontificum", Institutionum nonnulla loca habens. [6]) Hujus collectionis quatuor codices Parisienses num. 3858, 3858 A, 3858 B, 4282, 12mi saec., a Clossio collati sunt.

5) Ivonis opera, quae sacc. 11mo exeunte vel 12mo

---

3) §. 6. 7. pro „tua" et similibus vocibus in omnibus hujus collectionis codd. invenitur „Mevii, Mevio" sq. §. 11. „diversas nationes" pro „divrationes."

4) Vd. Savignium l. c. pag. 279.

5) Vd. eundem pag. 283.

6) Vd. eundem pag. 284 sq.

ineunte scripta, typis jam mandata, Institutionum quoque nonnulla loca habent, ipsa quoque conferentur, et quidem Decretum ex edit., quae Lovanii 1561 prodiit, Pannormia ex edit. Basileensi a. 1499, Epistolae ex edit. Parisiensi a. 1585.

Haec sunt ecclesiastica opera a Savignio recensita, quae huc pertinere videbantur, nobisque parabilia erant. Alias ecclesiasticas collectiones ab ipso tantum indicatas [7]), codicibus earum, quantum scimus, non nisi Romae extantibus, quibus Institutionum loca inesse verisimile est, ut in usus nostros verteremus, hactenus frustra operam navavimus. Alius collectionis, cujus Savignius codicem nonnisi mancum viderat [8]), nos, indicante Cramero, integrum codicem Bambergensem, sign. $\frac{13-P}{1-13}$, manu tractavimus, cui autem ex Institutionibus nihil inest.

6) Unicum tantum libellum ecclesiasticum, hactenus, ut videtur, ignotum, invenire nobis contigit, cui nonnulla ex Jure Romano insunt. Inscribitur „Summa cujusdam magistri super Decreta", incipitque a verbis „Tam veteris quam novi testamenti auctoritatibus edocti sumus", et eorum, quae tractat, summam sic indicat: „Ecclesiasticam rhetoricam, in qua leges divinae justitiaeque continentur, vobis proponere necessarium duximus."

Est autem, quod e formula appellationis annum 1105 referente concludi licet, circa 12mi saec. initium conceptus. Haec Summa, praeter excerpta ex Jure canonico, etiam Isidoriana et Justinianea quaedam, praesertim quae ad historiam collectionum Justinianearum et alia generalia pertinent, interque ea Institutionum quoque unum locum continet. Codicem hujus Summae membranaceum 12mo, ut videtur, saec., fol., exaratum, Tiguri in bibliotheca

7) Libro laud. pag. 279 num. 5., p. 282 n. 9. 10.
8) Vd. libr. laud. pag. 282 num. 8.

Senatus publica num. 58 (num. antiq. 275) in volumine, quod varia ex omni literarum genere continet (ubi haec Summa a fol. 76 incipit) vidit et excerpsit Schrader.

Saresberiensis Policraticus, cujus in aliis partibus librorum Juris Justinianei usum criticum fieri posse, post alios e Schraderi titulorum aliquot Digestorum editione patet, ex Institutionibus nihil habere videtur.

Postremo 7) Gratianus in Decreto Institutionum loca quoque nonnulla refert, quae, quum e Schraderi tit. aliqu. editione pateat, in hoc libro saepe plane singulares lectiones servatas esse, non respuemus. Sufficiet autem, Boehmeriana uti Decreti editione.

---

In hisce ecclesiasticis collectionibus usui nostro adhibendis magnum auxilium e Savignii in eos confectis indicibus petemus, eas, quae eo non receptae sunt, partim e nostris adnotationibus, partim ex Accursii Glossa Decretum saepius laudante suppleturi. Editorum solus, quantum scimus, Contius Ivone, aliis huc pertinentibus scriptoribus nemo usus est: quare in crisi Institutionum hinc derivanda a comparatione cum aliorum de iisdem fontibus judicio, plerumque utilissimo, parum adjuvabimur.

---

## *Cap. 3. Editiones.*

### §. 25. *Praemittuntur generalia.*

Institutiones, quum ab inventa arte typographica fere innumeris vicibus editae fuerint [1]), earumque editionum maxima pars novo editori plane nullum, paucae aliquem, at eo, qui e singulis codicibus peti possit, longe minorem, paucissimae majorem fructum promittant: in colligendas eas examinandasque minorem operam, quam in codices impendendam esse duximus. Enixe tamen adlaboravimus, ut, quantum fieri posset, omnium editionum, ob quamcunque causam notatu digniorum accuratam notitiam adipisceremur; quas inter se et cum codicibus msctis comparando historiam editionum quodammodo pragmaticam derivare studuimus. Ceterarum autem editionum, quae ob nullam causam prae ceteris eminere videbantur, eas, quae vel Tubingae extant, vel aliunde petendae facili negotio nobis accuratius innotescere poterant, inspicere tantummodo summarieque tractare, atque ita historiam editionum in partem tantum aliquam earum editionum, quae numerum faciunt, extendere contenti fuimus. Quae autem, hac via ingressi, notatu digna invenimus, ea jam breviter expondituri, ab omnium, quae nostrum in censum veniunt, editionum enumeratione initium faciemus. Quae enumeratio, quatenus fieri poterit, chronologica erit, et ad Spangenbergii aliorumque [2]) catalogos provocando plerumque

1) Ern. Spangenbergii Einleitung, pag. 930 sq. editiones 667 enumerat.

2) Spangenbergii librum (Einleitung etc. pag. 650 sqq.) ita citabimus, ut signum „Sp." ipsum hunc librum, numeri adjecti numeros illius significent; similiter Schraderi dissertationes (civil. Abhandl. pag. 505 sqq.) allegabimus. Urbis nomen, quod addituri sumus, significabit, in illius bibl. publica, sin alicubi plus una bibl. publ. invenitur, in earum principali (ut Parisiis in regia) editionis exemplar extare,

brevissima, in iis tantum editionibus, quas illi catalogi vel plane omiserunt, vel parum recte descripserunt, uberior.

§. 26. *Catalogus editionum, quas examinavimus.*

I. 1468 Moguntiae, Schoyffer (Sp. 1, Schr. 1). Landishuti, Weningius [3]).

II. 1472 Ibidem, idem (Sp. 2). Carlsruhae.

III. 1472 Argentorati, Eggestein (Sp. 3, Schr. 2). Scaphusae.

IV. 1473 Romae, Pflugl et Laur (Sp. 4). Parisiis.

V. 1473 Ferrariae, Gallus (Sp. 6). Parisiis.

VI. 1475 Romae, Gallus (Sp. 7). Gottingae, Adolph. Michaëlis, nunc Prof. Tubing.

VII. 1475 Lovanii, Jo. de Paderborne (Sp. 8). Parisiis, bibl. Fratris Regii.

VIII. 1476 Moguntiae, Schoyffer (Sp. 10c, Schr. 3). Tub.

IX. 1476 Romae, (Sp. 11d, Schr. 5). Stuttgartiae, bibl. Regis.

X. 1476 Basileae, Wenssler (Sp. 13, Schr. 4) [4]). Friburgi.

---

quod pro nobis accurate inspectum speciminisque loco comparatum est. Quod quum plerumque a Schradero vel Clossio factum sit, aliorum tantum, qui nobis in hac quoque re gratam opem tulerunt, nomina adjecimus.

3) Quum nunc prima ditissimae Landishutensis bibliothecae et Weningii mentio facienda sit, ipsi nobis ingrati videremur, ni simul gratissimum animum pro tot beneficiis, quo vir doctissimus nostrum opus prosecutus est, palam testificaremur.

4) Schrader Carlsruhae, Weningius Landishuti in bibliothecis publicis bina hujus editionis exemplaria conspexerunt, versuum divisione, interpunctione totaque externa specie a se invicem diversa, et tamen eandem plane subscriptionem habentia. Unde Basileae ab eodem typographo eodemque die duae diversae editiones emissae videntur. Quod factum, cujus primam notitiam accuratissimo Carlsruhano bibliothecario debemus, in quod propius inquirere nobis non vacavit,

XI. 1476 Venetiis, Jac. Rubeus (Sp. 16). Berolini.

XII.[a]) 1478 Venetiis, Jac. Rubeus (Sp. 21, Schr. 6). Stuttgartiae, bibl. Regis.

XII.[b]) 1478 Mediolani, Pachel et Scinzenzeller (Sp. 22). Mediolani, bibl. Brerae.

XIII. 1478 Romae, Puecher (Sp. 23). Treveris.

XIV.[a]) 1478 Basileae, Wenssler (Sp. 24, Schr. 7). Tubingae.

XIV.[b]) 1481 Ibidem, idem (Sp. 28, Schr. 8). Schraderi bibl.

XV. 1482 Mediolani, Honate (Sp. 361). Berolini.

XVI. 1483 15 Cal. Febr., Venetiis, Octavian. Scotus (Sp. 38). Turici, bibl. Senatus.

XVII. 1483 d. 23. Octbr. Ibidem, idem (Sp. 39). Gottingae.

XVIII. 1484 Venetiis, Andreas d. soc. Parm. (Sp. 40, Schr. 10). Turici, bibl. Senatus.

XIX. 1484 Venetiis, B. d. Tortis (Sp. 41f, Schr. 9). Stuttgartiae, bibl. Regis.

XX. 1486 Norimbergae, Koberger (Sp. 35f, Schr. 12). Ibidem.

XXI. 1486 Venetiis, Andr. d. Bonetis (Sp. 45, Schr. 13). Friburgi.

XXII. 1486 Basileae, Wenssler (Sp. 46, Schr. 11). Stuttgartiae.

XXIII. 1488 Taurini, Suigus (Sp. 51, Schr. 14). Schwarzius.

XXIV. 1489 Venetiis, B. d. Tortis (Sp. 50 f, Schr. 15). Stuttgartiae, bibl. Regis.

XXV. 1490 Ibidem, idem (Schr. 16). Friburgi.

XXVI. 1490 Ibidem, Raynaldus de Noviomagio (Sp. 56, Schr. 17). Ibidem.

---

artis typographicae historiographis explicandum et cum reliqua ejus artis historia probe connectendum, si ipsis tanti videbitur, merito relinquimus.

XXVII. 1491 Venetiis, Georg. a Rivabene (Sp. 58e, Schr. 18). Friburgi.

XXVIII. 1491 sine loco et typogr. (Sp. 59). Tubingae.

XXIX. 1491 d. 2. Maii, Lugduni, Jo. d. Prato (deest ap. Sp.). Parisiis, bibl. S. Genovevae [5]).

XXX. 1493 Parisiis, Wolf (Sp. 65). Landishuti, Weningius.

XXXI. 1493 Venetiis, Hieron. d. Paganinis (Sp. 66). Gottingae.

XXXII. 1494 Venetiis, Octavianus Scotus (Sp. 67, Schr. 20). Schraderi bibl.

XXXIII. 1494 S. l. et typogr. (Sp. 68) [6]). Cellis.

XXXIV. 1494 Venetiis, Georgius a Rivabene (Sp. 69a Schr. 19). Tubingae.

XXXV. 1494 Ibidem, Bernardinus d. Tridino (Sp. 71 f). Turici, bibl. Senatus.

XXXVI. 1495 Ibidem, B. d. Tortis (Sp. 70 f). Berolini.

XXXVII. 1495 d. 10. Novbr. Lugduni, Joh. de Vingle, fol., (deest ap. Sp.). Parisiis, bibl. Fratris Regii [7]).

XXXVIII. 1497 Venetiis, B. d. Tortis (Sp. 72 f). Tubingae.

---

5) Subscriptio hujus editionis sic habet: „Institutionum opus cum Summariis cura summa atque diligentia castigatum finit. Impressum Lugduni per insignem artis impressoriae magistrum Jo. de Prato. Anno Domini 1491 die 22. Martii.“ — Editionem, quae in Schraderi dissertatt. (civil. Abhdlg. pag. 534 sqq.), auctore Albrechto Guelpherbytano, laudatur, (a. 1491 Venet. ap. Thoresanum), certe Guelpherbyti (ubi potius noster num. XXVII est) non extare, Clossius vidit.

6) Hujus a se repertae editionis collationem eorum capitum, quae nobis speciminis loco sunt, accurate institutam Spangenbergius benigne nobiscum communicavit.

7) Huic antea ignotae editioni hoc subscribitur: Institutionum opus cum summariis cura summa atque diligentia castigatum finit feliciter, impr. Lugduni p. Joh. de Vingle etc.

XXXIX. 1499 Ibidem, idem (Sp. 74 f, Schr. 22). Friburgi.

XL. 1499 Parisiis, Gering et Rembolt (Sp. 77, Schr. 21). Schwarzius.

XLI. 1499 d. 25. Februar. Parisiis, Andr. Bocard, fol. (deest ap. Sp.). Parisiis, bibl. Fratris Regii [8]).

---

Sequuntur jam editiones, quae, licet sine anni nota in lucem emissae, ob externam tamen speciem aliasque rationes decimo quinto saeculo adscribendae videntur.

XLII. S. a. et l. Jenson (Venetiis circa annum 1476). (Sp. 17 f, Schr. 25). Tubingae.

XLIII. S. a. et l., signum Theodori de Ragazonibus (Venetiis 1488 — 1500). (Sp. pag. 927 n. 1e, Schr. 26). Tubingae.

XLIV. S. a. et l., cum subscriptione: „Institutionum opus sqq." (Sp. pag. 928 num. 6, Schr. 27). Tubingae.

XLV. S. a. et l., sine subscriptione (Schr. 28). Friburgi et Carlsruhae.

XLVI. S. a. et l., cum subscript. „Institutiones c. casibus etc." (Schr. 29). Stuttgartiae, bibl. Regis.

XLVII. S. a. et l., in tribus columnis impressa, cum subscript. „Deo gratias" (Deest ap. Sp.). Treveris.

XLVIII. S. a. et l., Tortis (Deest ap. Sp.). Gottingae.

---

XLIX. 1501 Venetiis, B. d. Tortis (Sp. 81 f). Tubingae.

L. 1501 Ibidem, Paganinus de Paganinis (Sp. 82) [9]). Stuttgartiae, bibl. Regis.

LI. 1501 Lugduni, Ungarus, cura Joannis de Gradibus (Sp. 83). Ibidem.

---

8) Subscriptio est: Institutionum opus cum summariis et divisionibus suis locis in textu positis summa cum diligentia nuper castigatum feliciter finit. Impressum Parisiis per magistrum Andream Bocard. Anno domini 1499 die vero 25. Febr.

9) Num diem Spangenbergius recte adnotaverit, dubitamus. Cer-

LII. 1502 Venetiis, B. de Tortis (Sp. 85 b.f., Schr. 23). Stuttgartiae.

LIII. 1503 Ibidem, Petr. Liectjtenstein (sic) (Sp. 87). Francofurti a. M., in bibl. exper. D. Kloos.

LIV. 1503 Parisius (sic), Gering et Rembolt, praef. Chappuisii (Sp. 86). Parisiis, bibl. tribunal. cassat.

LV. 1505 Ibidem, idem, praef. Chapp. (Sp. 88). Bibl. Savignii, idem.

LVI. 1507 Ibidem, Ravensberch, praef. Chapp. (Sp. 94). Stuttgartiae, bibl. Griesingeri.

LVII. 1508 Lugduni, Huguetain, praef. Chapp. (?) (Sp. 94 b). Gottingae, Ad. Michaëlis.

LVIII. 1509 Ibidem, Nicol. de Benedictis, praef. Chapp. (Sp. 95 b.f.). Gottingae.

LIX. 1511 Parisius (sic), Rembolt, praef. ejusd. (Sp. 97). Schraderi bibl.

LX. 1511 Ibidem, Marnek (sic), praef. Petri Gratianopolitani, cujus initium „Cum enim de adspirantibus", sine glossis (Sp. 98). Landishuti, Weningius.

LXI. 1512 Lugduni, Nic. de Benedictis, praef. Petri Gratianopol., sine glossis (Sp. 103). Stuttgartiae, bibl. Regis.

LXII. 1513 Parisius (sic), Thielemann Kerver, praef. Chappuisii (Sp. 108). Schraderi bibl.

LXIII. 1514 Venetiis, B. d. Tortis (Schr. 24). Stuttgartiae.

LXIV. 1514 Lugduni, Fradin, praef. Chappuisii (Biener in edit. Inst.). Stuttgartiae, bibl. Regis.

LXV. 1516 Parisiis, Petit, praef. Chapp. (Sp. 113). Landishuti, Weningius.

LXVI. 1516 Ibidem, Poncet le Preux, praef. Beraldi (Sp. 114). Stuttgartiae, bibl. Klüpfelii.

LXVII.

---

te in Stuttgartiensi et Landishutensi hujus editionis exemplari (monente Weningio) est d. XXV. (non XV.) Maii.

LXVII. 1519 Parisiis, vidua Rembolt, praef. Chappuisii (Sp. 125). Savignii bibl., Savignius.

---

Primis fere viginti annis 16ti saec. adsignandae videntur duae sequentes editiones:

LXVIII.a Sine anno, Lugduni, Gneygnard, praef. „Sapientum" (Sp. pag. 928 num. 8.). Landishuti, Weningius.

LXVIII.b Sine anno et loco (c. signo Schoefferi Moguntini), 8vo, sine glossa; praef. Petri Gratianopolitani eadem, quae num. LX (deest ap. Sp.). Prostat apud Fr. Varrentrappium, bibliop. Francofurtanum [10]).

---

LXIX. 1525 Paris., Chevallon (Sp. 133 f.). Landishuti, Weningius.

LXX. 1526 Lugduni, Gilbertus d. Villiers (Sp. 134). Ibidem, idem.

LXXI. 1526 Paris., Chevallon (Sp. 135 f.) [11]). Wenckius Lipsiensis.

LXXII. 1528 Ibid., Stephanus (Sp. 139b.). Parisiis.

LXXIII. 1528 Ibid., Petit, praef. Chappuisii (Sp. 140). Stuttgartiae.

LXXIV. 1529 Moguntiae, Schoeffer [12]) (Sp. 141). Landishuti, Weningius.

---

10) Inscriptio hujus usquedum ignotae editionis est (ut num. LX): „Institutiones Imperiales, sine quibus legum humanarum sacrorumque canonum amator mancus est." Constat foliis numeratis CLXXXV, post quae sequitur tabula rubricarum.

11) Hujus editionis paucas tantum lectiones e schedis a Wenckio nobiscum benigne communicatis novimus; unde tamen illi quoque non sine veri specie in historia editionum locus debitus assignari potest.

12) per „Joannem Schoeffer" in Landishutensi hujus editionis exemplari legitur.

LXXV. 1529 Norimbergae, Haloandri editio (Sp. 145 c). Stuttgartiae.

LXXVI. 1530 Paris., Claud. Chevallon, 12mo, sine Glossa (deest ap. Sp.). Ibidem.

LXXVII. 1530 Lugduni, Fradin (Sp. 138f). Ibidem.

LXXVIII. 1531 Paris., Chevallon (Sp. 144). Ibidem, bibl. Regis.

LXXIX. 1531 Ibid., Petit, praef. Quintini Hedui [13]) (Sp. 145). Bibl. Hauboldi, Hauboldus.

LXXX. 1532 Lugd., Fradin (Sp. 148f). Schraderi bibl.

LXXXI. 1532 Mogunt., Schoeffer (Sp. 147). Gottingae.

LXXXII. 1533 Paris., Chevallon (Sp. 150). Landishuti, Weningius.

LXXXIII. 1533 Lugduni, Giunti (Sp. 149). Wenckius [14]).

LXXXIV. 1535 Ibidem, Giunta (Sp. 156). Stuttgartiae, bibl. Griesingeri.

LXXXV. 1536 Ibidem, Fradin (Sp. 159f). Cassellis.

LXXXVI. 1536 Ibidem, Gryphius (Sp. 160). Landishuti, Weningius.

LXXXVII. 1537 Ibidem, Fradin (Sp. 163). Ibidem, idem.

LXXXVIII. 1537 Parisiis, Chevallon (Sp. 165f (?)). Parisiis.

LXXXIX. 1538 Lugduni, Giunta (Sp. 166). Stuttgartiae, bibl. Regis.

XC. 1539 Ibid., heredes Simonis Vincentii (Sp. 167b (?)). Stuttgartiae [15]).

XCI. 1540 Ibidem, Hugo a Porta (Sp. 171). Stuttgartiae bibl. Regis.

---

13) Cf. Jenaische Allgem. Lit. Zeit. 1818 Jan. pag. 42 sq.

14) De hac editione repetendum est, quod not. 11 diximus.

15) Haec editio in omnibus praeter bibliopolae nomen cum descriptione Spangenbergii num. 167 b) convenit, ideoque ab eadem vix diversa erit.

XCII. 1540 Parisiis, Bonhomme, vid. Kerver (Sp. 162 f). Schwarzius [16]).

XCIII. 1541 Basileae, Hervagius (Sp. 173). Schwarzius (v. not. 16).

XCIV. 1542 Lugduni, Vincentius, Sylvestri Aldobrandini (Sp. 174 f). Stuttgartiae.

XCV. 1542 Ibidem, Hugo a Porta (Sp. 177 f). Ibidem.

XCVI. 1542 Parisiis, Carol. Guillard (Sp. 172 d.). Wenckius [17]).

XCVII. 1543 Lugduni, Paganus, Ferretti (Sp. 178). Tubingae.

XCVIII. 1544 Basileae, Henr. Petrus (Sp. 181). Stuttgartiae.

IC. 1545 Lugduni, Vincentius, Haloandri (Sp. 183). Bernae, Braun [18]).

C. 1546 Parisiis, Tiletanus, Balduini (Sp. 186). Tubingae,

CI. 1546 Lugduni, Vincentius, Aldobrandini (?) (Sp. 188). Wenckius [19]).

CII. 1547 Ibidem, Vincentius, Aldobrandini (Sp. 189). Stuttgartiae, bibl. Regis.

CIII. 1548 Ibidem, Frellonius, Haloandri (Sp. 193). Landishuti, Weningius.

CIV. 1548 Venetiis, Sylv. Aldobrandini in primum Inst. librum adnotationes, cum contextu (Sp. 194?). Tubingae.

CV. 1549 Lugduni, H. a Porta (Sp. 197 f?) Tubingae [20]).

---

16) Solae a Schwarzio in scholiis philologicis ad Prooem. Instit. laudatae hujus libri lectiones nobis innotuerunt.

17) Ut not. 10.

18) E collatione codicum Bernensium, quam doctissim. Braun ad hanc editionem instituit, ipsa satis innotuit.

19) Ut not. 10. — Wenckius hanc editionem ita describit: „in Veronica Vincentii“, quod autem a Spangenbergiano „apud Vincentium“ vix differet. Ipse asserit, proxime sequentem ab hacce nova tantum tituli impressione differre.

20) Spangenbergius ad a. 1550 refert; nostrum autem exem-

CVI. 1549 Ibidem, Sennetonii (Sp. 198 f). Bibl. Savignii, Keller Tigurinus.

CVII. 1550 Paris., Guillard (Sp. 196 f). Bibl. Schraderi.

CVIII. 1550 Pictavii, Marnef, c. comment. Baronis (Sp. 199). Tubingae.

CIX. 1551 Lugduni, H. a Porta et Vincentius (Sp. 200 f). Stuttgartiae, bibl. Regis.

CX. 1551 Ibidem, Rovillius (Sp. 202). Stuttgartiae.

CXI. 1552 Lugduni, Vincentius, Syl. Aldobrandini (Sp. 204). Schwarzius et Wenckius [21]).

CXII. 1552 Venetiis, Juntae, Syl. Aldobr. (Sp. 205). Stuttgartiae.

CXIII. 1552 Paris., Guillard (Sp. 206 d). Bibl. Schraderi.

CXIV. 1553 Lugd., H. a Porta (Sp. 203 f?). Tubingae [22]).

CXV. 1553 Ibid., Vincentius, Syl. Aldobrandini (Sp. 207). Bibl. Schraderi.

CXVI. 1554 Ibid., idem, ejusdem (Sp. 214). Mackeldey.

CXVII. 1554 Paris., Dupuys, Balduini (Sp. 213). Tubingae.

CXVIII. 1555 Pictav., Baronis (Sp. 217). Landishuti.

CXIX. 1555 Genevae, Sym. a Bosco et Guil. Gueroult, praef.: „Cogitanti" — (Sp. 218). Kleinmannus, advocatus Heilbronn.

CXX. 1555 Basil., Episcopius, Mynsingeri apotelesma, cui contextus Instit. inest. — Tubingae.

---

plar, ceterum cum Spang. descriptione conveniens, in subscriptione privilegii — alibi enim anni mentio non extat — a. 1549 habet.

21) Lectiones hujus libri nobis e Schwarzii tantum scholiis philolog. ad Prooem. Inst. et Wenckii schedis supra laudatis innotuerunt.

22) Titulus nostri exemplaris nomen Perrini non habet; ipsa autem editio vitam Justiniani auctore Perrino complectitur. Nihilominus autem a Spang. num. 203 f „Inst. Aeg. Perrini 1553 sqq." vix diversus liber videtur.

CXXI. 1557 Lugduni, Vincentius, S. Aldobrandini, praef. „Cogitanti“ (Sp. 223) [23]). Stuttgartiae.

CXXII. 1558 Ibid., H. a Porta [24]) (Sp. 222 f.). Tubing.

CXXIII. 1558 Ibid., H. a Porta et Vincentius (Sp. 228). Bibl. Schraderi.

CXXIV. 1558 Ibid., Rovillius (Sp. 225?). Stuttgartiae, bibl. Regis.

CXXV. 1558 Venetiis, Cominus d. Tridino, Aldobrandini et Messaggii (Sp. 226). Schwarzius et Wenckius [25]).

CXXVI. 1559 Lugduni, Cochardi (ap. Sp. deest) [26]). Tubingae.

CXXVII. 1559 Ibidem, Vincentius, S. Aldobrandini, praef.: „Cogitanti“ [27]), (Sp. 230). Tubingae.

CXXVIII. 1559 Parisiis, Merlin (S. 232). Stuttgartiae, bibl. Regis.

CXXIX. 1560 Venet., Juntae, S. Aldobrandini. — Bibl. Hufnagelii, judicis pagi Tubingens.

CXXX. 1560 Paris., Merlin, Contii (Sp. 239d). Stuttgartiae.

CXXXI. 1560 Lugd., Rovillius, Russardi (Sp. 240). Tubingae.

CXXXII. 1560 Basil., Hervagius, Hotomanni (Sp. 236). Tubingae.

CXXXIII. 1562 Paris., Vascosanus, Baronis (Sp. 243). Tubingae.

CXXXIV. 1563 Coloniae, Hered. Quentelii, latino-germanicae (Sp. 248 a). Tubingae.

---

23) Spangenb. descriptio ex ea, quam supra dedimus, augeri poterit.

24) Adjecta sunt Corpus legum (Brachylogus) et Caji Institutiones, de quibus Spangenbergius haud monuit.

25) Ut not. 11.

26) Titulus haec habet: „ad edit. Haloandri collat.“ Forma est duodenaria.

27) Ut not. 23.

CXXXV. 1564 Paris., Paraphrase des Institutes p. Pelisson (primum tantum librum Inst. complexa), cui contextus Institutionum inest. —Bibl. Griesingeri.

CXXXVI. 1565 Colon., Hered. Quentelii, c. notis Hopperi (Sp. 252). Stuttgartiae.

CXXXVII. 1565 Venet., Nicolaus Tridentinus, Messaggii (Sp. 281?). Tubingae [28]).

CXXXVIII. 1566 Antverpiae, Stelsii vidua et heredes (Sp. 254). Stuttgartiae.

CXXXIX. 1567 Ibidem, Plantinus, Russardi (Sp. 258?) [29]). Stuttgartiae.

CXL. 1567 Lugduni, Gryphius, Hotomanni (Sp. 261 a). Tubingae.

CXLI. 1567 Ibidem, Rovillius, 8vo (deest ap. Sp.). Wenckius [30]).

CXLII. 1567 Ibidem, signum leonis erecti (Sp. 259 f). Stuttg., bibl. Regis.

CXLIII. 1567 Parisiis, Nivellius, Contii (Sp. 261). Stuttgartiae.

CXLIV. 1568 Lugduni, Vincentius, praef. „Cogitanti" (Sp. 264). Bibl. Schraderi.

CXLV. 1569 Basileae, Episcopius, Wesenbecii (Sp. 265). Tubingae.

CXLVI. 1569 Lugduni, sign. coronae (Sp. 266 f.). Bibl. Schraderi.

CXLVII. 1569 Basileae, Hervagius, Hotomanni (Sp. 268). Tubingae.

CXLVIII. 1570 Basileae, Guarinus (Sp. 271). Stuttgartiae.

---

28) De Bevilaqua, secundum Spangenbergium hujus editionis redemtore, in nostro exemplari nihil invenimus.

29) Spangenbergius habet a. 1566.

30) Hujus editionis descriptionem dederunt ephemerides Jenenses a. 1818 pag. 42 sqq.; variantium lectionum marginalium specimen Wenckius nobis benigne transmisit.

CXLIX. 1570 Lugduni, Vincentius, praef. „Cogitanti“ (Sp. 269). Schwarzius [31]).

CL. 1571 Lugduni, Rovillius, Contii (Sp. 276 d). Tubingae.

CLI. 1572 Sine loco (?), Crispini (Sp. 278). Stuttgartiae.

CLII. 1572 Lugduni, H. a Porta (Sp. 280). Tubingae.

CLIII. 1572 Venetiis, Messaggii [32]) et Leonardi a Lege (ap. Sp. deest). Stuttgartiae, bibl. Regis.

CLIV. 1573 Coloniae, Gervin. Calenius (Sp. 282). Landishuti, Weningius.

CLV. 1574 Crispini (Sp. 284). Tubingae.

CLVI. 1574 Coloniae, latino-germanicae Gobleri (Sp. 283 a). Stuttgartiae.

CLVII. 1575 Antverp., Plantinus (Sp. 291). Stuttgartiae bibl. Regis.

CLVIII. 1575 Ibidem, Charondae (Sp. 289). Stuttgart.

CLIX. 1575 Lugduni, sign. leonis erecti (Sp. 290). Stuttgartiae.

CLX. 1576 Antverpiae, Nutius (Sp. 292 f). Schraderi bibl.

CLXI. 1576 Parisiis, Nivellius (Sp. 294 f). Landishuti, Weningius.

CLXII. Augustae Taurinorum, heredes Bevilaquae (Sp. 295). Landishuti, Weningius.

CLXIII. 1576 Parisiis, Chesneau, Bucherelli (Sp. 296). Tubingae.

CLXIV. 1577 Lugduni, Vincentius, praef. „Cogitanti“ (Sp. 297). Tubingae.

---

31) V. ejus scholia ad Prooemium Institutionum.

32) Pleniorem hujus editionis bibliographis hactenus, ut videtur, incognitae inscriptionem hanc habe: „Opera Hieronymi Messaggii Patav. Icti. Accedunt Aldobrandini et aliorum annotationes, lectionum varietas, ac multorum locorum, qui ex aliis vetustissimis codicibus restituti sunt, castigatio. Recognovit Leonardus a Lege.“ Forma est octonaria.

CLXV. 1580 Lugduni, Rovillius, Crispini (Sp. 300). Tubingae.

CLXVI. 1580 Lugduni, sign. leonis erecti (Sp. 302). Tubingae.

CLXVII. 1580 Sine loco, Vignon, Pacii, fol. (Sp. 305?) [33]). Stuttgartiae.

CLXVIII. Idem liber, 8vo (Sp. 306?) [33]). Tubingae.

CLXIX. 1581 Venet., Juntae, S. Aldobrandini et Cornelli (Sp. 308). Bibl. Griesingeri.

CLXX. 1581 Lugd., Phil. Tinghus (Sp. 310 f). Schwarzius [34]).

CLXXI. 1582 Venet., S. Aldobrandini (Sp. 313). Landishuti, Weningius.

CLXXII. 1583 Sine loco, Crispini et Pacii (Sp. 314?) [35]). Stuttgartiae, bibl. Regis.

CLXXIII. 1583 Coloniae, latino-germanicae Gobleri (Sp. 314 a). Tubingae.

CLXXIV. 1584 Lugduni, sign. leonis cum muscis (Sp. 321). Tubingae.

CLXXV. 1585 Parisiis, Nivellius, Cujacii, 8vo (Sp. 328) [36]). Stuttgartiae.

CLXXVI. 1587 Francofurti a. M., Wechelius, Gothofredi (Sp. 330). Tubingae.

Cum hac editione reliquas a nobis vel pro nobis inspectas Gothofredianas editiones sine Glossis, quae nullam ob causam distinguendae nobis quidem videbantur, breviter conjungimus:

---

33) Spangenbergius nomen loci (Genevae) habet; nihilominus autem editionem eandem esse, vix dubitari poterit.

34) V. ejus Scholia ad Prooem. Institutionum.

35) Spangenbergio editio, ceterum a laudata non differens, Francofurti prodiit.

36) Cuiacii editionem a. 1585 mense Martio cum libris observationum 21—24 formâ maxima (fol.) primum, idque sub editoris nomine prodiisse, mense Julio ejusdem anni (sine editoris nomine) forma octonaria repetitam esse, docuit Berriat St. Prix (histoire du droit romain, Paris 1821. pag. 261). Prior illa editio et nos et plerosque alios hactenus latuerat.

CLXXVII—CCXV Annor. 1589. 90. 97. 1604. 6. 7. 14. [37]) 20. [38]) 20. 24. 25. 27. [39]) 28. 32.

Spangenb. 335a. 36. 53. 72. 77. 81. 97? 407. 15. 17. 20. 24.

Annor. 1641. 43. [38]) 47. 54. 59. [40]) 63. 63. 63. [41]) 64. 70. 75. 82. 83. 87.

Spangenb. 431. 42a. 50. 63. 67. 69. 75. 82. 89. 90a. 91.

Annor. 1688. 1700. 5. 13. 20. 21. 26. 35. 40. 89.

Spangenb. 492. 502. 9. 16. 25. 27. 34. 42. 42a. 45. 76.

CCXVI. 1588 Lugduni, Candidus, Hotomanni (Sp. 333). Tubingae.

CCXVII. 1589 Lugduni, sign. leonis c. muscis, Gothofredi glossata (Sp. 334). Tubingae.

CCXVIII. 1591 Parisiis, Le Preux, Baudozae (Sp. 339?). [42]) Stuttgartiae.

---

37) Exemplar editionis Gothofredianae a. 1614, quod Tubingensis bibliotheca publica habet, inscriptum est „ex typogr. Stoer."

38) Editio Institutionum, quae Venetiis ap. Donellum 1620 prodiit. Spangenbergio non innotuit.

39) Editiones Institutionum Amstelod. ap. Janson 1627. 1659. 16mo, Stuttgartiae in bibl. publ. extantes, apud Spangenb. desiderantur.

40) Editio Institutionum Venet. Gueril 1643. 12mo, Stuttgartiae in bibl Regis extans, Spangenbergio haud innotuit.

41) Institutiones, Tremoniae, ap. Maestertium, 1643, 12mo, Spangenbergio incognitae.

42) Inscriptio exemplaris Stuttgartiensis non omnino cum ea convenit, quam Spangenbergius dedit; vix tamen pro diversis habendae erunt hae editiones.

CCIX. 1591 Francofurti a. M., Feyerabendt, Crispini et Pacii (Sp. 338). Landishuti, Weningius.

CCXX. 1593 Lugduni, Jo. Furneriana, Baudozae glossata (Sp. 342). Stuttgartiae.

CCXXI. 1599 Venetiis, Aldobrandini et Cornelli (Sp. 360). Stuttgartiae, bibl. Regis.

CCXXII.a 1600 Marpurgi, Egenolf, Valleii (Sp. 364). Tubingae.

CCXXIII.b 1602 Hanovii, Cujacii opera.

CCXXIII. 1604 Wittebergae, Heigii (Sp. 370). Schraderi bibl.

CCXXIV. 1605 Sine loco, Stoer, Baudozae (Sp. 375). Stuttgartiae.

CCXXV. 1605 Francofurti a. M., Crispini et Pacii (Sp. 374). Cassellis.

CCXXVI.a 1606 Sine loco, Vignon, Crisp. et Pac. (Sp. 378). Tubingae.

CCXXVI.b 1607 Lugduni, Vincent. (Sp. 382). Clossii bibl.

CCXXVII. 1610 Francofurti, Crispini et Pacii (Sp. 387). Stuttgartiae, Wächter et Lang. [43])

CCXXVIII. 1612 Sine loco, Crispinus, Crisp. et Pac. (Sp. 391). Schraderi bibl.

---

43) Recentiorum editionum, quae in Stuttgartiensibus bibliothecis adservantur, omnium collationem duumviris illis debemus, ante aliquot annos diligentissimis et optimae spei nostrae universitatis alumnis, quos speramus non semper et totos foro haesituros esse.

CCXXIX. 1612 Lugduni, Societas, Gothofredi glossata (Sp. 392). Stuttgartiae, W. et L.

CCXXX. 1614 Lugduni, Rovillii heredes (Sp. 394). Landishuti, Weningius.

CCXXXI. 1614 Sine loco, Stoer, Baudozae (Sp. 396). Landishuti, Weningius.

CCXXXII. 1617 Giessae, Hunnii (Sp. 400). Tubingae.

CCXXXIII. 1617 Sine loco, Crispinus, Crisp. et Pac. (Sp. 401). Stuttgartiae, bibl. Regis, W. et L.)

CCXXXIV. 1618 Tubingae, Boceri commentarius in l. 1 Instit. (c. contextu). Tubingae.

CCXXXV. 1621 Tubingae, Boceri comment. in lib. 3 Instit. (c. contextu). Tubingae.

CCXXXVI. 1624 Francofurti, Tampach, Crispini et Pacii (Sp. 413). Stuttgartiae, W. et L.

CCXXXVII. 1625 Aureliae, Th. d. Juges, Gothofredi glossata (Sp. 416). Stuttgartiae, W. et L.

CCXXXVIII. 1632 Argentorati, Locameri, forma duodenaria (ap. Sp. deest). Stuttgartiae, W. et L.

CCXXXIX. 1646 Lugduni Bat., Hackius, Vinnii (Sp. 440). Stuttgartiae, bibl. Regis; W. et L.

CCXL. 1647 Lugd. Bat., Livius, Pacii et Schotani (Sp. 441). Stuttgartiae, W. et L.

CCXLI.a 1650 Franequerae, Balckius (Sp. 445). Stuttgartiae, bibl. Regis; W. et L.

CCXLI.b 1670 Lugd. Bat., Gaasbekii c. paragraphor. erotematibus (Sp. 475). Parisiis.

CCXLII. 1671 Duisburgi, c. paraphrasi Fuchsii (Sp. 477 c). Tubingae.

CCXLIII. 1671 Argentorati, Locameri (Sp. 477 a). Stuttgartiae, bibl. Regis; W. et L.

CCXLIV. 1676 Norimb., Hoffmann, Vinnii (Sp. 486). Tub.

CCXLV. 1679 Lugduni, Borcholtenii comment. (c. contextu). Parisiis.

CCXLVI. 1694 Lipsiae, Vinnii (Sp. 498a). Stuttg., W. et L.

CCXLVII. 1701 Francofurti ad Viadr., Schrey, Hoppii Sp. 504). Schraderi bibl.

CCXLVIII. 1709 Lugduni Batavorum, Vinnii (Sp. 512b). Stuttgartiae, W. et L.

CCXLIX. 1711 Argentorati, Locameri (Sp. 514). Stuttgartiae, W. et L.

CCL. 1712 Coloniae, Corvinus a Belderen, typis variae (ap. Sp. deest). Stuttgartiae, bibl. Regis; W. et L.

CCLI. 1714 Trajecti, v. d. Water (Sp. 518). Schr. bibl.

CCLII. 1715 Lugduni Bat., v. d. Linden (Sp. 521). Landishuti, Weningius.

CCLIII. 1718 Francofurti ad V., Hoppii (ap. Sp. deest). Tubingae.

CCLIV. 1719 Halae, Boehmeri (Sp. 524). Stuttgartiae, W. et L.

CCLV. 1722 Lipsiae et Francof., Vinnii (Sp. 528b). Stuttgartiae, W. et L.

CCLVI. 1723 Giessae et Francof., Ludovici (Sp. 531). Schraderi bibl.

CCLVII. 1726 Halae, Strykii (Sp. 532). Stuttgartiae, W. et L.

CCLVIII. 1726 Norimbergae, Vinnii (533a). Schr. bibl.

CCLIX. 1728 Halae, Boehmeri (Sp. 537). Tubingae.

CCLX, 1729 Trajecti, Ottonis (Sp. 538). Landishuti, Weningius.

CCLXI. 1736 Francofurti ad V., Hoppii (Sp. 543). Landishuti, Weningius.

CCLXII. 1743 Francofurti et Lipsiae, Ottonis (Sp. 547). Schraderi bibl.

CCLXIII. 1744 Lugduni Batav., v. d. Water (Sp. 548). Stuttgartiae, W. et L.

CCLXIV. 1746 Francof. et Lipsiae, Beurieux (Sp. 549). Stuttgartiae W. et L.

CCLXV.a 1746 Francof. ad V., Hoppii (Sp. 550). Landishuti, Weningius.

CCLXV.[b] 1758 Taurini, typogr. regia, c. tit. d. V. S. et R. J., 8vo (ap. Sp. deest). Clossii bibl.

CCLXV.[c] 1758 in Cujacii operum ed. Neapolitana.

CCLXVI. 1760 Basileae, Ottonis et Iselii (Sp. 560). Tubingae.

CCLXVII.[a] 1772 Gottingae, Koehleri (Sp. 568)

CCLXVII.[b] 1775 Tolosae, Dupleix, c. tit. d. V. S. et R. J., 12mo (ap. Sp. deest). Clossii bibl.

CCLXVIII. 1776 Gottingae, Spangenbergii (Sp. 572).

CCLXIX. 1789 Francofurti ad M., Plittii (Sp. 577). Stuttgartiae, W. et L.

CCLXX. 1812 Berolini, Bieneri (Sp. 581).

CCLXXI. 1821 Parisiis, Institutiones c. Cajo collatae, auct. Du Caurroy de la Croix.

### §. 27. *Historiae editionum generalia.*

Ex editionum modo recensitarum consideratione earumque cum codicibus comparatione haec potissimum consecuta sunt:

A primis inde artis typographicae initiis usque ad nostram aetatem longe majorem constantiam lectionum, quam quae in codicibus msctis invenitur, deprehendimus. Quae licet cum typographicae artis natura probe conveniens, tamen longe abfuit, quin eo inserviret, ut optimae potissimum et correctissimae lectiones divulgarentur. Nam editores minima tantum parte longi illius (plus quam 350 annorum) temporis acri diligentique studio veri et genuini contextus restitutionem sectati, plerumque alia plane spectando, melioribus insuper habitis, deteriora identidem repetiverunt. Diversae vero illius temporis periodi ita constituendae videntur:

Prima veterum impressorum annis 1468—1502 comprehenditur, sed ita, ut insequenti etiam aetate (certe usque ad annum 1514) una alterave editio huc pertineat, quo tempore sola fere divulgatio exemplarium spectabatur:

studii enim genuinas lectiones restituendi paucula tantum vestigia deprehendimus, quae negligentia parum typothetarum, quibus tunc utebantur, summâ plerumque diligentia compensabatur. Exscribebatur illo aevo contextus Institutionum cum Glossa inde ab anno 1491 (?) [1]), etiam cum epitomis (Summis) ex Aretini libris, quae a. 1501 ab Joanne de Gradibus augebantur, rarissime (a. 1511. 12) solus contextus. Ea autem, quae his editionibus praestabantur, necessario, utpote oriente modo arte typographica, proxime cum codicibus msctis cognata erant: minime autem optimorum codicum lectiones diligenter repetebantur, sed unus alterve codex, in quem editores forte fortuna inciderant, temere exscribi solebat. Quid? quod, postquam semel impressae erant Institutiones, sequentes editores potius editionem, quam alium codicem repetere solebant, idque haud raro per totum librum, semper magna ex parte, ita ut, adhibito uno alterove libro vel impresso vel mscto, hîc ibi aliquid editionis, quae pro fundamento totius operis habebatur, corrigeretur. Haud paucae enim harum antiquissimarum editionum nihil aliud sunt, nisi merae priorum repetitiones, vel aliquot editionum mixturae, in omnibus autem ac singulis, quas nos quidem inspeximus, multae lectiones, et quidem magna ex parte eae, circa quas codices mscti valde variare solent, ita constanter usu veniunt, ut, nobis certe judicibus, haec nulla alia ratione explicari posse videantur, nisi ut ponamus, omnibus sequentibus editionibus primam, vel immediate vel medi-antibus aliis, ut principale fundamentum, quod tantum hic ibi, aliis libris adhibitis, corrigeretur, substratum fuisse. Ipsa autem illa princeps editio, omnesque eam per hoc aevum secutae, vel nulla vel certe rarissima documenta

---

1) Cf. Schraderum l. c. pag. 531. Quod ibi de hac re dictum est, nobis nunc dubium videtur. Verum in hoc accuratius inquirere jam non vacat.

recti vereque critici editorum judicii praestant: ita temere codices, quibus utebantur, electi videntur, ita fideliter apertissima vitia identidem repetita sunt, et fere eo magis, quo diligentius typothetae, quibus tunc optimis utebantur, errores typographicos evitabant. Maxima vero laus, duobus vel tribus tantum editoribus debita, eo redit, quod in paúcis illis, quae quidem corrigebant, plurimorum codicum lectiones elegerint.

Secunda periodus annos 1503—1585 complectitur. Studium meliora praestandi apud editores haud paucos infucatum, strenuum, felix, apud vulgus editorum, quia illo aevo sine tali specie nihil effici poterat, affectatum et fictitium conspicitur. Initium hujus periodi a Chappuisianis editionibus faciendum est, quae usque ad annum 1528 regnantes, seriori quoque tempore repetitae sunt. In his praeter contextum Glossa cum antiquis novisque additamentis variisque indicibus extat. Quibus indicibus a Chappuisio confectis hujus generis editiones ab aliis quoad externam speciem distinguuntur. Quod lectiones ipsas attinet, initium earum (fortasse a bibliopola praestitum) ab editione inter vetera impressa eximium locum minime obtinente factum est: at ab his parvis initiis ad meliora perveniendi studium laudabile deprehenditur, cui primum Glossae (cujus tunc omnino primae partes fuisse videntur) critica recensio, deinde contextus quoque nonnullae emendationes, Graecorum nempe (ex meris tamen, ut videtur, et parum felicibus conjecturis) receptio (1503, ed. LIV.), pars subscriptionis Prooemii (e codice, ut videtur, bonae notae) addita (1511, ed. LIX.), aliaque nonnulla debentur. Haec autem, quum veteri impresso temere electo eique minus bono adjicerentur, magna auctoritas, qua Chappuisianae editiones mox gaudebant, simul effecit, ut eorum, quae vetera impressa e diversis codicibus habebant, maxima pars ex usu homi-

num recederet. Quod damnum iis, quae in contextu corrigi solebant (erant autem, licet magna ex parte bonae notae, tamen perpauca), vix compensatum videri potest; nisi quod Parisiensis editio ap. Chevallonium a. 1525 (LXIX) et paucae aliae editiones, illam partim repetentes, partim imitantes pleraque nova, interque ea optimae notae, v. c. Graeca genuina et pleniorem subscriptionem Prooemii e codicibus, ut videtur, Alciatique libellis recesserint.

Sequuntur editiones Haloandrinae a. 1529—1559, fere ubique, in vulgatis autem editionibus, praesertim Gothofredianis, hodieque regnantes. Harum editionum auctor, magnum illud Germaniae nostrae decus, Institutiones quoque, ut ceteras corporis juris civilis partes, ingeniose diligenterque tractavit: destitutus autem, de quo ipse queritur, antiquo exemplari (recentiores, Accursii nimirum saeculo scriptos, omnino habuit), ad Institutiones suae integritati restituendas non tantum, quantum ad alias corporis juris partes emaculandas, contribuit. Glossâ, raro ante ejus aetatem exemplo, spreta, omnem curam in contextum impendit, quem e Digestis potissimum restituisse ipse professus est. Nobis, quatenus e comparationibus institutis inferri licet, optimâ aetatis proxime superioris editione, quae 1525 ap. Chevallonium prodiit, pro fundamento totius operis usus, eam tam e codicibus msctis, quam conjectando saepe emendasse, nonnumquam autem corrigendi periculum infelix fecisse videtur. Reliquae hujus aetatis editiones (iis, quae antecedenti aevo accensendae sunt, exceptis) Haloandrinam vel omnino secutae sunt, vel Chappuisiana cum Haloandrinis miscuerunt, vel — quod vero perraro factum est — paucula quaedam addiderunt, quae nos quidem ad nullos alios fontes, nisi codices referre valemus.

Annus 1560, curarum in Institutiones feracissimus, Contii et Hotomanni editionibus, Russardi

sardi

sardi (editionem Haloandrinam repetentis) notis criticis e magno codicum numero desumtis originem dedit. Quarum prima (Contii) Haloandrinam, quam summopere vituperat, in plerisque tamen sequitur, haud pauca e codicibus (quorum quinque adhibuit), Theophilo, Ivone aliisque hauriens, mutat. In quibus omnibus, quamvis e bonis novisque fontibus utilia protrahit, accuratam tamen, ad singulas contextus partes probe attentam diligentiam, et judicium sagax vereque criticum, quae Haloandrini ingenii propria sunt, non adhibuisse videtur. Hotomannus duobus, quod ipse dicit, codicibus usus, Haloandrinam editionem, qua pro fundamento usus esse videtur, magis quam Contius diligenti et perpetua crisi, ea autem mox nimis audaci, mox incerta et instabili prosecutus, e Theophilo et codicibus suoque ingenio plurima protulit, haud indigna, ad quae harum rerum intelligentes diligenter attendant.

Reliquo hujus periodi tempore circa id fere absumto, ut antiquiores editiones, interdum auctiores, repeterent, vel easdem miscerent, novasque inde componerent, tandem a. 1585 Cujacii editio, magno illo homine in plerisque dignissima, prodiit. Cui pro fundamento substratam fuisse Hotomanni a. 1560 e comparationibus institutis sequi videtur; sunt autem praeterea diligenter excussae Contii, Russardi, Chappuisii editiones (fortasse etiam unum alterumve veterum impressorum), codicesque vetustiores, quibus ei uti licuit, non in magnis tantum, sed in minutis quoque saepissime in consilium adhibiti. Quae omnia ingeniose et diligentissime tractans editoribus subsequentibus largam materiam accuratissimoque examine dignam praebuit. Perfectum enim opus ipse, qui in alias quoque res ingenii magis et doctrinae summam ubertatem, quam judicii singula quaeque circumspecte trutinantis usum indefessum conferre solebat, exegisse non videtur.

Tertia periodus longum spatium ab a. 1586—1811 complexa, iners et ab eo perfectionis gradu, ad quem 16to saeculo enixi erant editores, multum declinans, nihil protulit, nisi repetitiones et mixturas antiquiorum editionum, interque eas praesertim, quasi post Haloandrum haec studia nihil incrementi cepissent, Haloandrinae, rarius Cujacianae. Interpretationis tantum nova auxilia hoc aevo editionibus Institutionum addiderunt; nonnumquam etiam meras ineptias, dum v. c. typis variis, quid tum obtineret, quid secus, significarent. Meliora ad crisin pertinentia, quamquam tardiuscule, praeparata sunt ab Ottone, qui a. 1724 in notis Cujaciano contextui Hotomanni, Contii, Charondae lectiones addidit; J. H. Boehmero, qui a. 1728, post annos fere 140, primus codicem msctum, at recentiorem consulens, contextum passim mutare ausus est; Iselius, qui a. 1760 suae Ottonianae editionis repetitioni lectiones codicis Parisiensis bonae notae (nostri num. XXX) adjecit; Gottingensos corporis juris editores et praecipue illius editionis censores (inprimis Cramer) aliique, qui post resuscitatum studium juris historico-philologicum, quid circa Institutiones faciendum sit, exponere et praeparare studuerunt.

Hos secuta est a. 1812 inerti illi periodo haud accensenda Bieneri editio, quae novam omnino contextus recensionem, haud paucorum librorum tam scriptorum, quam impressorum usu innixam praestat.

### §. 28. *Accuratior expositio*
### 1) *primae periodi.*

Summâ historiae editionum ita proposita, jam de singulis periodis editionibusque ea specialiter adjicienda sunt, quibus non modo praelibata probemus, sed etiam editionibus singulis recte eligendis satis adjuvemur.

Primae periodo, iis nempe antiquioribus editionibus, quae curarum Chappuisianarum nihil habent, accensemus num. I—LIII. LX. LXI. LXIII. LXVIIIa. b., i. e. omnes

ante annum 1503 impressas, et earum, quae usque ad annum 1514 sequuntur, nonnullas [1]). Quae editiones omnes, in multis sibi invicem simillimae, circa alia tamen in diversa genera abeunt. Et duae quidem illae familiae, quas Schrader Rhenanam et Venetam nuncupavit, novis in vetera impressa impensis curis denuo confirmatae sunt, sed ita, ut ultimis nostrae periodi annis utriusque familiae mixtura maxime frequentaretur. De quibus omnibus (et quidem, quatenus fieri licebit, ad Schraderi de his editionibus disquisitiones [2]) provocando, gravioraque tantum inde vel excerpendo, vel iis breviter addendo) haec exponemus: primum quaenam ratio sit inter lectiones omnibus fere veteribus impressis communes et codices msctos? deinde omnibus, quae nobis innotuere, veteribus impressis in familias illas digestis, quaenam inter singulas familias easque editiones, quae naturae alicujus singularis speciem prae se ferunt, et codices ratio intercedere videatur? quo facto, quaenam editiones in nostros usus vertendae sint, facile patebit.

Quod jam primum ad eas lectiones attinet, quae sunt fere omnibus veteribus impressis communes — sunt autem in capitibus speciminis loco collatis 34 [3]) —, dimidia ea-

1) A veri specie haud alienum est, non tantum eas ante a. 1503 impressas editiones, quas non vidimus, sed etiam recentiorum aliquot, nobis incognitas, nempe edit. anni 1506 Lugduni, Gneygnard (Sp. 90), ut nostrae LXVIII[a]) similem, atque edit. anni 1507 Venet. B. d. Tortis (Sp. 93) huc pertinere.

2) Civilist. Abhandl. pag. 505 sqq.

3) Cf. ibidem pag. 506 sqq. voces cursivis literis exscriptas eas, quibus variantes lectiones non adjectae sunt. — Hae lectiones iis editionibus, quae tunc notae erant, ad unam omnibus communes sunt. Licet autem postea innotescentium una vel altera omnino hinc etiam interdum deflectat, nihilominus illae tamen longe majoris partis veterum impressorum lectiones sunt, quas hoc loco considerare convenit. Quum

rum pars (17) cum majore codicum parte consentit, ceterae (17) cum paucioribus, earumque fere omnes (15) cum quarta vel minore parte omnium codicum, pleraeque (11) cum decima tantum vel minore parte, una cum tribus, una cum duobus, duae cum uno codice. Ita multum abest, quin vulgata codicum cum vulgata veterum impressorum, quae et in Dig. a se invicem separanda fuit [4]), exacte conveniat. Ii autem codices, cum quibus vetera impressa semper fere conveniunt, ibi etiam, ubi cum paucissimis conspirant (exceptis tantum duabus vel tribus lectionibus), sunt num. XXVIII (Regiomontanus) et LXXVIII (Lovaniensis [5])), inter quos itaque et editiones nostras arctior quaedam cognatio intercedere videtur. A ceteris omnibus codicibus ea, quae utrique editionum familiae communia sunt, longe remotius stare videntur.

Quaenam ratio inter familias veterum impressorum et codices intercederet, examen earum lectionum, quibus familiarum illarum discrimen niti videtur [6]), nos edocuit. Invenimus autem, inter illas 22 lectiones Rhenanam familiam 7ies, Venetam 11ies cum parte codicum longe majore (plus besse omnium) convenire; illam ter cum perpaucis (4 vel paucioribus), hanc 5ies cum paucissimis (et quidem numquam non aliis), semel cum codice plane nullo consentire, ita ut Rhenanae familiae cum cod. LXXVIII (Lo-

---

autem inter eas, in quibus 28 illae primum patefactae editiones nonnumquam variant, tales lectiones occurrant, quae omnino vulgares veterum impressorum videri possint: illae quoque augeri potuissent; sufficiebat autem primo loco positas, utpote certissime vulgatas, considerare.

4) Cf. Schraderi edit. titulor. Digestor. pag. XXIV. sqq.

5) Consentiunt v. c. omnia vetera impressa in tit. d. nupt §. 1. „intra se" cum solis codd. XXVIII. LXXVIII.; §. 6. „in uxor. duc." cum c. LXXVIII, „tua nurus" cum c. XXVIII. LXXVIII; §. 13. „postea" cum codd. XXIV. XXVIII. LXXVIII.

6) Index earum extat in Schraderi libro: civil. Abhandl. pag. 516.

vaniensi) proxima, propinqua etiam cum cod. XCIII (Lipsiensi), aliqua cum codd. XLI. LXXVI. LXXXIX (Parisiensi, Guelpherbytano, Veneto), Venetae familiae, quippe in singularibus quoque lectionibus modo cum hoc, modo cum illo codice facientis, cum nullo nobis cognitorum codicum arctior cognatio esse videretur [6b]).

Jam ad singulas editiones descensuri, primum dabimus catalogum editionum alterutri familiae adscriptarum. Sunt nimirum

Rhenanae num. I—X. XIIb. XIII. XIVa.b.. XVII. XXII. XXVIII. XXX. XXXVII. XLIII—XLV. XLVII. LI. LXI.

Venetae num. XI. XII.a XV. XVI. XVIII—XXI. XXIII—XXVII. XXIX. XXX—XXXVI. XXXVIII—XLII. XLVI. XLVIII—L. LII. LIII. LX. LXIII. LXVIII. LXVIIIb,

verum ita, ut in recentioribus potissimum utriusque familiae talis mixtura frequentetur, ut difficulter, utra praevaleat, definiri possit, imo una (ed. XXX) lectionum utriusque familiae dimidiam partem habens utrique adnumeranda sit.

De singulis autem Rhenanis editionibus haec habe: Edd. I. II. III. VI. VIII. X. XIVa.b. XLV. XLVII (a. 1468. 72. 75. 76. 78. 81 et sine anno), quarum 6 Schradero jam notas ipse [7]) in duas stirpes distinguendas esse putaverat, nunc, postquam edd. I. et III. accuratius innotuere, non separandae, eaeque lectiones, quas communes habent, fere omnes e cognatione cum codd. LXXVIII. et praesertim XCIII. derivandae videntur. Qui codices, quum ipsius Rhenanae familiae fundamentum sint, editiones, quas diximus, hujus familiae quasi centrum esse pu-

---

6b) Conjecturas, quibus hoc ultimum explicare tentavimus, v. infra, §° proxime sequente.

7) L. c. pag. 518 sqq.

tamus. Singularum editionum num. XIVa.b. haud paucas ipsis proprias lectiones earumque nonnullas non omnino rejiciendas sine auctoritate codicum nobis notorum praestant [7b]); sola vero num. XLV (sine anno) cum certis codicibus specialem cognationem contraxisse videtur, sc. cum Parisiensibus num. XXXII. XXXVIII. XLV, quamvis eam cognationem, ut e tribus tantum lectionibus elicitam, minime certam et proximam esse dixerimus.

Num. VII (Lovaniensis a. 1475), cujus subscriptio [8]) emendationem variis ex libris scriptis et impressis factam praedicat, in paucis quibusdam ad Venetam familiam declinans, in capitibus speciminis loco collatis septem lectiones in aliis editionibus non obvias, earumque 5 cum codice Lovaniensi (num. LXXVIII), quatuor cum eo solo convenientes sistit. Proxima itaque cognatio cum hoc codice, inter praecipua totius Rhenanae familiae fundamenta supra relato, ex quo emendationes, quas subscriptio laudat, sumtae esse videntur, in dubium vocari vix poterit [9]).

Num. IV. V (Romae et Ferrariae a. 1473) sibi simil-

---

7b) L. c. pag. 520.

8) Quam vide ap. Spangenbergium pag. 655.

9) Lectiones huic editioni propriae, de quibus lectores ad alium librum remittere nequimus, cum codicibus comparatae hae sunt:

Inscriptio „*ac* felix" cod. LXXVIII.

„salutem" codd. VI. X. XIV... LXXVIII.... CXXV. (24)

„Instit. s. Element. dom. Justiniani incipit lib. primus" cod. LXXVIII.

tit. de nupt. §. 1. „conjungi" codd. X. XIII. XVII... LXXVI. LXXX... CXX. (30)

§. 9. „factum dicimus" cod. LXXVIII.

§. 12. „esse intellig." cod. LXXVIII.

§. 13. „procreatus est" codd. VI. IX. X. XI... LXXVIII...

limae, Rhenanis lectionibus nonnullas Venetas admiscent, praestantque singulae (et quidem prior inter multa aperta vitia) singulas lectiones antea in editionibus non observatas [10]).

Edd. IX. XIII. XVII (Romae a. 1476. 78. et Venetiis 83) prope sibi junctae sunt, idque ita, ut posterior Romana (XIII) priorem (IX) repetat, Veneta (XVII) in nonnullis a Rhenana familia ad Venetam deflectens, et propria quaedam, magna ex parte codicum auctoritate destituta, apertis vitiis typographicis (quae pro illis temporibus multa habet) non absimilia addens [11]), in plerisque priorem Romanam sequatur. Haec (num. IX) in gravioribus a vulgatis editionum lectionibus deflectens [12]), quater, ubi hae paucis codicibus serviunt, plurimorum lectionem recepit, in ceteris quoque plerumque cum codicibus haud paucis facit, ita, ut inde cum nullo nobis notorum codicum propior cognatio effici posse videatur.

Edd. XXII. XXVIII. XLIII. XLIV. LI. (a. 1486. 91. 1501 et sine anno) [13]) sibi in multis similes Veneta haud pauca Rhenanis admiscent. Praeterea major earum pars fere nihil habet, ad quod attendatur; sola LI. a. 1501 tale

---

10) Num. IV. in tit. d. nupt. §. 2. „esse tibi" cum cod. VI.; num. V. in tit. de nupt. §. 13. „procreatus" cum plerisque codicibus.

11) In Prooemio §. 1. „viam bellorum et pacis" cum cod. XIII.
§. 3. deest „solertiam" sine codice;
tit. d. nupt. §. 2. „esse tibi" cum cod. VI.
deest primum „debere" secundum „ante" sine codice;
§. 3. „uxorem quis" cum codd. LV. LVII. LXII.

12) Lectiones v. ap. Schraderum l. c. pag. 520. 1.

13) De tribus harum editionum (XXII. XLIII. XLIV) cf. Schraderum l. c. pag. 521; de duabus (XXVIII. XLIII. ipsi 4 et 8) Speckerum in Diss. d. Epitome Institutionum Tub. 1819 pag. 69. 70, qui autem nimis benigne de iis judicasse videtur.

quid praestat, sex nempe lectiones, easque plerumque haud paucorum codicum auctoritate nitentes, iis, quae in prioribus editionibus usu venerant, addens [14]). Ex quonam autem codice haec desumta sint, expiscari nobis haud contigit.

Supersunt tres editiones, lectionum utriusque familiae mixturam, in qua tamen Veneta non praevalent, praestantes, at invicem omnino diversae:

Ed. XIIb) (Mediolanensis a. 1478), decem Venetas Rhenanis lectionibus admiscens, praeterea quinque sibi proprias praestans, quarum duae e nullo nostrorum codicum enotatae sunt, ceterae quoque cum nullo codice arctiorem cognationem produnt, omnium autem nulla majori attentione digna videtur [14b]).

Ed. XXX (Parisiensis a. 1493) Rhenanas et Venetas lectiones aequaliter miscens, praeterea omissiones quasdam vitiosas et unam earum lectionum, quas postea ed. LI. recepit („totoque") praestans.

Ed. XXXVII (Lugdunensis 1495), quae pauciores Rhenanas lectiones rejiciens, eam, de qua modo diximus, repetiit, unamque novam addidit [15]).

---

14) In Prooem. §. 6. „nostr. Institutionum" §. 7. „totoque legit opere"; d. nupt. pr. „datum nostra const." (def. „ex"); §. 2. „nate fuerint"; §. 6. „eam uxor. duc."; §. 12. „aliqui coierunt."

14b) In tit. d. nupt. inscr. additur v. „rubrica" sine cod.; §. 1. mutato ordine „esse tibi coeperit" sine codice; §. 3. „in quarto" cum 6 codd., inter quos est cod. XXVI; §. 7. post „novercam" def. „est" c. cod. LXIV; §. 13. „non fiunt" c. 14. codd., inter quos est cod. XXVI. Haec quamvis cognationi hujus edit. c. cod. XXVI quodammodo favere videantur, tamen, ut de ea aliquid definiamus, non sufficiunt.

15) In tit. d. nupt. §. 13. „liberis ex" def. „qui" cum haud paucis codicibus.

Sequuntur singulae Venetae.

Harum antiquissima, ed. XI (a. 1476), Venetas lectiones nondum puras praestans, unam earum lectionum occupavit, quas Rhenana editio (XVII) vulgaribus addidit.

Quae sequitur, ed. XII (a. 1478), paucula sibi propria habet [16]), unde autem nihil de cognatione cum certo quodam codice inferri licet.

Ed. XV (1482) quaedam Rhenana etiam editioni V propria Venetis admiscens, unam minimi momenti lectionem sibi propriam habet [17]).

Ed. XVI (a. 1483), Veneta nondum pura, nihil autem sibi proprium praestitit.

Edd. XVIII. XIX. XXI. XXV. XXVII. XXXI. XXXIV (a. 1484. 86. 90. 91. 93. 94), Veneta purissima praestantes, praeterea quatuor sibi proprias lectiones [18]), codicum autoritate haud destitutas servarunt, unde aliqua, at remotior, cognatio cum cod. CXXII (Lips.) sequi videtur.

Ed. XXXI, non sine vitiis typographicis impressa, unam sibi propriam lectionem [19]) cum cod. LXIII (Metensi) habet, quae autem forsan vitio typographico tribuenda est.

Ed. XX (a. 1486 Kobergeri) haud paucas sibi proprias lectiones [20]) Venetis immiscet, easque fere omnes cum majore codicum parte, quod, ut editori speciem criseos pluribus codicibus aliquantisper adplicitae conciliat, ita impedit, quominus cum certo quodam codice cognatio inveniri possit.

---

16) Quae v. ap. Schraderum l. c. pag. 527.

17) In inscriptione „incipit prooemium Instit.“ mutato ordine.

18) Quas v. ap. Schraderum l. c. pag. 523. — Editionem XVIII (ipsi 10) pag. 527 alio retulit: nunc autem, postquam haec editio nobis accuratius innotuit, eam hisce editionibus adnumerandam esse constat.

19) In tit. d. nupt. §. 6. „eam ducere“ deficiente v. „uxorem.“

20) Quas v. ap. Schraderum l. c. pag. 525.

Ed. XXIII (a. 1488) cum una lectione sibi propria [21]), quae in 6 codicibus deprehenditur. Hinc autem cognationem cum eorum uno alterove efficere velle, temerarium foret.

Edd. XXIV. XXVI. XXIX. XXXII. XL. LIII (a. 1489. 90. 91. 94. 99. 1503), quatenus nobis cognitae sunt — innotuerunt autem num. XXIV. XL. in perpaucis tantum —, nihil habent, ad quod attendatur [22]).

De ed. XXX, aeque ad Rhenanas ac ad Venetas pertinente, v. quae in illis recensendis diximus.

Ed. XXXIII (a. 1494) haud pauca Rhenana Venetis admiscens, lectionemque ed. XXX. propriam repetens, unam praeterea sibi propriam cum omnibus fere codd. praestat [23]).

Edd. XXXV. XXXVI. XXXVIII. XLIX. LII. LIII (a. 1494. 95. 97. 99, sine anno, 1501. 2. 14), sibi in multis simillimae, nonnullas lectiones in aliis editionibus haud obvias [24]) praestant, easque plerumque decem vel plurium codd. auctoritate subnixas, at ita, ut earum quoque cognationem cum certis codd. frustra quaesiverimus.

Ed. XLI (1499) Venetis nonnulla Rhenana admiscens, duas quorundam codicum auctoritate adjutas, at non magni momenti lectiones [25]) primum praestitit. Ex hisce levis suspicio cognationis cum cod. LXVII oritur.

Ed. XLII. XLVI (S. a.) nullius momenti esse videntur [26]).

---

21) Ibidem pag. 528 num. 14.

22) De prioribus duabus (4ta et 5ta) v. Schr. l. c. pag. 528 num. 15. 21. p. 526 num. 17. 20.

23) In tit. d. nupt. §. 6. „uxorem ducere" rejecta v. „in."

24) Quas v. ap. Schr. l. c. pag. 526 lit. c.

25) In tit. d. nupt. §. 2. bis „antea" loco „ante" altera vice cum 5 codicibus, e quibus etiam cod. LXVIII est, altera cum hoc codice solo.

26) Cf. Schr. l. c. pag. 526. 8. num. 25. 29.

Ed. L (a. 1501) mixturam aliarum editionum habet.

Ed. LX (Paris. a. 1511) tertiâ fere sui parte ad Rhenana transiens, praeter unam lectionem, quam cum priori Parisiensi (num. XXX. a. 1493) communem habet, et pleraque vitia aperta (7 in Prooemio et tit. d. nupt.), tres novas lectiones praestat, quarum autem duae forsan et ipsae vitiis typographicis adnumerandae sunt [27]).

Ed. LXI (a. 1512) Venetis tam multa Rhenana admiscuit, ut diu dubii haereremus, utri familiae adnumeranda esset. Habet praeterea meliores lectiones editioni modo recensitae vel proprias, vel cum paucis communes, et 4 lectiones, nullorum quidem nostrorum codicum auctoritate subnixas, attamen haud omnino pro vitiis habendas [28]).

Ed. LXVIII (S. a.) Venetis lectionibus quatuor Rhenanas et tres Norimbergensis editionis (num. XX.) admiscens, nihilque in contextu sibi proprium habens praeter aperta vitia haud pauca, nihilominus in historia editionum nonnullius momenti est, quippe eas, unde sequens periodus initium facit, praeparans. Venetarum enim Rhenanarumque mixturam plane eandem habet, quam editiones Chappuisianae; pro Graecis a Chappuisio primum receptis spatia vacua relinquit; curarum in Glossas et indices, praefationis et tituli Chapp. prima rudimenta sistit [29]). Praefatio editorem prodit discipu-

---

27) Prooem. §. 1. „protestatur", tit. d. nupt. pr. „ah fur.", §. 11. „permittimus."

28) Prooem. §. 2. „nunc nostr. ext. cur."; tit. de nupt. pr. „fili e f. . fili e f."; §. 7. „quia ea" (def. „dem"); §. 12. „alias poenas" (def. „et").

29) Titulus et praefationis argumenta quorum copiam Weningius benigne nobis fecit, sic habent:

Tit: „Institutiones imperiales cum multis additionibus praecipuis ex neothericis doctoribus extractis et suis locis pro textuum et Glossarum veritate enucleanda opportune appositis. Summaria multis additis textui distinctissime immixta, Titulorum singulorum continuationes accommodas (sic) tex-

lum Jasonis Mayni, et quidem, si recte ex ratione concludimus, qua ipsius mentio facta est, adhuc viventis, dum ea scriberetur (i. e. ante annum 1519); nihilque obstare videtur, quin existimemus, Chappuisium ipsum hunc Jasonis discipulum, hujusque editionis auctorem fuisse. Totus autem libri habitus profligat eam opinionem, quae nos primum subiit, hanc editionem Chappuisianae perfectius editae, unde sequens periodus incipiet, mancam repetitionem esse. Si vero potius prima ejus rudimenta habet, ante a. 1503 prodiisse videtur.

Ed. (LXVIIIb) (Schoefferi Moguntini s. a.) Venetis multa Rhenana, et quidem fere eadem, quae ed. LXI (a. 1517), admiscens, repetensque lectionem inde a Parisiensi a. 1493 (XXX) frequentatam, tres sibi proprias, quarum autem duae ordinem verborum sine codicum auctoritate mutant, praestat [30].

---

tuales divisiones glossis adjunctas. Metricam rubricarum omnium seriem. Glossas non sine augmento e regione signatas. Tabulam fecundissimam glossarum medullas explicantem. Tabulam alteram titulos omnes alphabeti ordine connectentem. "

Praefationis initium est: ,,Sapientum omnium vulgatissima extat sententia: nihil penitus ocio litterario praestare: cum inde tum privata: tum publica animi oblectamenta affluentissime prodeant. ,, Quae sequuntur de editoris curis inde a prima juventute in legum et praecipue Institutionum restitutionem impensis, et hujus editionis dotibus agunt. Finis sic habet: " Quaecumque enim in ipso addidimus: ex Baldo: Angelo aretino: Johanne fabri: nec non domino Christophoro porco: et ex praecipue existimationis viro domino Jasone magno mihi praeceptore colendissimo fideliter collegimus: quorum scripta si inspexeris: singulaque ex amusis (sic) pensiculaveris (sic): testes nobis erunt locupletissimi.

30) In Inscriptione ,,prohem. incipit"; in tit. d. nupt. §. 5. ,,parentum in loco"; §. 13. ,,non sunt" cum haud paucis codicibus.

§. 29. *Continuatio.*

Quae singula denuo pensitando, hanc antiquissimarum editionum specialem historiam, cum generali supra delibata convenientem eamque illustrantem inde, non sine veri specie derivaveris.

Anno 1468 Institutiones primum typis exscribebantur, et quidem — quum magna lectionum in hanc editionem receptarum pars cum paucissimis tantum codicibus conspiret — adhibitis in negotium uno tantum alterove codice, vel ipsis codd. XXVIII. LXXVIII. XCIII, vel aliis cum his proxime cognatis [1]). Habebat autem illa editio ex his codicibus, utpote secundae, quartae et quintae familiae adscriptis, nihil antiquius et melius, sed vulgaria tantummodo, quocum probe consentit, quod in ea neque Prooemii subscriptio, neque Graeca, neque arbor consanguinitatis inveniantur. Quae prima editio per totam primam periodum omnium sequentium principale fundamentum fuit, quippe multis ejus lectionibus, licet paucissimorum codicum auctoritate subnixis, ubique diligenter servatis; imo saepius, certe usque ad a. 1487, sine ulla fere mutatione ita repetitae sunt, ut codices a multis editoribus vix obiter inspecti esse viderentur [2]). Aliae editiones in singulis quibusdam lectionibus — nulla enim ita mutata est, ut plane immunis ab ea videretur — saepius a principe illa discidium fecerunt, idque partim ita, ut familiam ducerent, partim ut singulae solaeque starent. Numerosissima familia ea est, quam Venetam diximus. Haec pedetentim potius, quam uno impetu orta esse videtur. Primum a. 1473 in editionibus Romana et Ferrariensi (IV. V.) nonnullas earum lectionum observavimus, quarum com-

1) Junge, quae §° antecedente de omnium editionum, de Rhenanae familiae et de edd. I. II. . . ad codices ratione diximus.

2) Cf. quae §° antec. de edd. I. II. III. VI. VIII. X. XIV. XIV b. XLV. XLVII. diximus.

plexus Venetam familiam a ceteris distinguit; Veneta a. 1476 (XI.) primum maximam earum partem habet, quae demum a. 1484 (XVIII) omnes extant, postea in multis editionibus repetitae. Haec, ut in editionibus paulatim oriri vidimus, ita, si comparationes superius institutas consideraveris, e codicibus haud paucis efficta esse patet. (Quae enim aliquantum praevalet cognatio cum cod. CXXII (Lipsiensi), valde tamen remota est [3]). Nihil etiam est, quod miremur, plurium codicum comparationi familiam, quae paulatim oriebatur, innixam fuisse, quum solummodo in eadem editione paranda multos codices adhibitos pro illius aevi doctrina mediocri mirum foret. Eas editiones, quae vel nihil vel minorem tantum partem lectionum hujus familiae habeant, Rhenanam efficere familiam diximus. Neque nominum poenitet, quum e Moguntia, Argentorato, Basilea, civitatibus Rhenanis, potissimum hae, e Venetiis potissimum illae editiones prodierint. Verum nunc, penitius perspecta origine harum familiarum e comparatione cum codicibus instituta, praestare videtur, earum denominationes e temporibus, quam e locis derivare [3b]). Est enim, quam Rhenanam diximus, antiquior, quam Venetam, recentior familia. Cum his denominationibus praeter originem, de qua antea diximus, posteriora quoque harum familiarum fata probe conveniunt. Antiquiorem enim (Rhenanam) annis 1468—81, recentiorem (Venetam) a. 1484—94 purissimam deprehendimus; seriori aevo nullae editiones inventae sunt, quae in parte lectionum longe majore antiquiori familiae serviant, omnino autem tales, quae in plerisque recentiorem familiam (Venetam) sequantur (v. c. editiones B. de Tortis), haud paucae, utriusque familiae mixturam praestantes.

---

3) Cf. quae de edd. XVIII. XIX. XXI. et seqq. §°. antecedente diximus.

3b) Nunc Venetam quoque editionem (XVIII) ad fam. Rhenanam pertinere invenimus, quam etiam ab causam alia familiarum nomina eligenda erunt.

Quae praeterea a principe editione longius recesserunt, hae sunt: Lovaniensis a. 1475 (VII), quae ex codice Lovaniensi (LXXVIII) vel e proxime ei cognato, cui princeps quoque editio affinis est, haud pauca sumsit, sequentes autem hujus periodi editiones nihil tetigisse videtur. Romana a. 1476 (IX), cujus editor in locis haud paucis majoris partis codicum lectiones, fortasse plures codices scite adhibendo, fortasse in unum codicem bonae notae nobis vero ignotum incidendo, restituit, duas editiones in omnibus fere sequaces habuit, in alias quoque suam quasi vim nonnihil exseruit. Similem laudem Norimbergensis a. 1486 (XX), jam recentiori (Venetae) familiae adscripta, meruit. Basileensis a. 1478 (XIV) nonnulla sibi propria e codicibus ignotis habet, quae semel repetebantur. Mediolanensis quoque ejusdem anni (XIIb) partim e notis, partim ex ignotis codicibus nonnulla nova praestitit, nusquam, quantum nos quidem scimus, repetita. Veneta editio a. 1494 (XXXV) nonnullas lectiones, non quidem majoris partis codicum, attamen haud paucorum codicum auctoritate recipiens, saepissime repetita est [4]). Inter recentiores editiones, quae mixturam utriusque familiae habere solent, Lugdunensis a. 1501 (LI) haud paucas lectiones, aliquot codicum auctoritate nitentes praestitit; Lugdunensis a. 1512 (LXI) nonnullas, neque omnino rejiciendas lectiones, codicum tamen nobis notorum auctoritate destitutas, prioribus admiscuit. Ceterae omnes nobis notae editiones vel parum vel nihil novi prodiderunt; quomodo autem antiquiora miscuerint, et quaenam mixturae potissimum repetitae sint, hoc quidem loco dicere nihil attinet.

Jamque his expositis videndum est, quisnam usus criticus editionum hujus aevi esse possit? Qui longe qui-

---

4) Cf. quae de edd. XXXV. XXXVI. XXXVIII sqq. §° antecedente exposuimus.

dem inferior est eo, quem codices praestant, neque tamen negligendus. Antiquiorum codicum imago ex harum editionum nulla petenda erit, plurimorum vero codicum consensum in crisi minime repudiandum ex iis capitibus addiscere poteris, ubi meliores aliquot editiones (Romana a. 1476, Norimbergensis a. 1486) vulgatas sui aevi lectiones correxerunt; deinde unius alteriusve codicis interdum ignoti lectiones e communi illius temporis usu et singulis quibusdam editionibus levi opera innotescent, cum editionum quam codicum usus longe facilior sit. Cui accedit, quod historia lectionum, ab editoribus non sine damno negligenda, veterum impressorum notitia carere nequeat. — Editiones vero hujus periodi, ob rationes modo recensitas in usus nostros vertendae, sunt

1) Lovaniensis a. 1475 (VII), ob lectiones cod. LXXVIII, quas praestat, non quidem ejus momenti, ut codex conferri mereatur, faciliore autem editionis excutiendae opera (siquidem hujus editionis in nostris regionibus rarioris copiam, quod speramus, Warnkoenigii in nostrum opus benevola industria nobis faciet) omnino dignas;

2) Romana a. 1476 (IX), ob notitiam consensus majoris partis codicum tum, cum haec editio a plerisque aliis ejus aevi divortium facit, verisimiliter hauriendam. Collationem hujus editionis Weningii erga nos favori debituri sumus;

3) Basileensis a. 1481 (XIVb) [5], ob lectiones codd. XXVIII. LXXVIII. XCIII ex hac editione, quae tantum non omnes antiquae familiae (Rhenanae) lectiones praestat, innotescentes, aliasque ignotorum codicum, quas iis addidit.

E quarum trium editionum consensu poterunt etiam antiquae familiae (Rhenanae) lectiones peti, quarum historicum

5) Cur haec aliis ejusdem generis praeferatur, de eo cf. Schr. l. c. pag. 520.

ricum momentum haud leve esse videtur. Quae enim infra addetur hujus familiae quarta editio, aliena nimis multa admixta habet, quam ut ad istum finem multum conferat.

4) Norimbergensis a. 1486 (XX), ob virtutes iis, quas in Romana a. 1476 deprehendimus, similes.

5) Veneta (A Rivabene a. 1494), propter ea, quae ex variis codicibus sumta, per se haud negligenda, recentiorem familiam, cujus in historia editionum magnum momentum est, constituerunt. Ea enim haec editio pure praestat [6]).

6) Lugdunensis a. 1501 (LI), ob lectiones haud paucas aliquot codicum auctoritate nitentes.

7) Veneta a. 1502 (LII), ob quasdam nonnullorum codicum lectiones ab ipsa multisque aliis editionibus repetitas.

8) Parisiensis ap. Marnek a. 1511 (LX), paucula quaedam nova, non aperte vitiosa praestans, antequam nobis accuratius nota esset, collata. Ea vero collatio ob multa hujus editionis aperta vitia non sine acri cautione adhibenda erit.

9) Lugdunensis a. 1512, ob nonnullas lectiones in recentioribus hujus aevi editionibus non sine codicum auctoritate receptas, et ab ipsa repetitas, nonnullasque proprias, quas sine codicum nobis notorum auctoritate primum praestitit.

Mediolanensis a. 1478 (XIIb) propter lectiones nonnullas alibi non extantes editionibus illis fortasse jungenda esset, si in hisce oris inveniretur.

Omnes hae editiones plerumque sine aliorum ope tractandae nobis erunt. Conferri tantum poterunt in Prooe-

---

6) E similibus editionibus, quae nobis ad manus sunt, haec ob unam ipsi propriam lectionem eligebatur. Cf. Schr. l. c. pag. 525.

mio Schwarzius [7]), qui multa vetera impressa, interque ea Norimbergens. a. 1486 consuluit, in toto Institutionum volumine Biener, qui editionem principem a. 1468 contulit [8]); in primis 23 titulis libri primi Wenckius, cujus adnotationes msctae nobis liberaliter transmissae (quarum continuationem etiam ad nos perventuram esse speramus) saepius Basileensis a. 1486 et Venetae ap. Octav. Scotum a. 1494 mentionem faciunt. Quae quidem notae, exceptis Schwarzianis circa Norimbergensem editionem a. 1486, eas editiones, quas nos eligendas duximus, non attingunt: attamen ob magnam similitudinem omnium veterum impressorum, praecipue eorum, quae ejusdem familiae sunt, non sine fructu, ubi dubium de lectione quadam ejusve pretio ortum fuerit, evolventur.

§. 30. *Secunda periodus.*

a) *Chappuisianae editiones.*

Secundae periodi, ejus scil., qua studium meliora praestandi effloruit, initium a curis Chappuisianis faciendum est. Huic tempori editiones a. 1503 — 1528 omnes, exceptis iis, quas supra veteribus impressis adnumeravimus, et haud paucae posteriorum accensendae sunt. In quibus (potissimum prioribus) ea, quae huc pertinent, i. e. generalia et externa crisinque spectantia exponemus. Quia vero haec nobis nunc potissimum spectanda sunt, Chappuisianarum editionum initium ad a. 1503 (LIV) referendum est, quippe quo, quantum scimus, Graecis Institutionum prima vice impressis prima criseos vere promovendae vestigia deprehendimus. Cetera enim, quae Chappuisianae editiones praestant, vel jam antea extabant, vel certe initium quoddam ceperant. In contextu enim, solis Graecis exceptis, haec nostra editio (a. 1503) eam antiquiorum codicum mix-

7) In Scholiis philolog. saepius citatis.

8) In Institutionum editione.

turam (praesertim recentioris, sive Venetae familiae lectiones sistentem) repetit, quam habet LXVIII inter antiquiores recensita, omissis tamen editionis illius vitiis apertis. Quinimo, si conjecturis indulgere velimus, nihil vetat, quominus ortum ejus editionis, cui Chappuisius sua addidit, ad a. 1499 (XL) referamus, quo apud eosdem bibliopolas, qui editionem nostram a. 1503 divendiderunt, Institutiones prodiere. Hujus enim editionis contextus, quatenus nobis innotuit [1]), a Chappuisiano (exceptis iterum Graecis) non differt. Quod deinde curas in Glossam et indices attinet, earum initium jam in editione antiquiori (LXVIII) conspicitur; continuabantur autem per plures annos, quum a. 1511 (LX) „rubricae Institutionum per alphabetum,“ „tabula paragraphorum ordine alphabetico“ et (loco priorum 200) 218 glossarum accederent additamenta. Quod autem praefatio in aliis editionibus Bertholdo Rembolto, in aliis Kervero inscribitur, deinde Chappuisium vel Beroaldum auctorem refert, circa initialia etiam verba aliaque nonnulla leviter mutata est: hoc, ut per se nullius momenti est, ita etiam, quatenus nobis compertum est, minime pro signo externo majoris cujusdam internae diversitatis haberi potest. Quare his omnibus sepositis, quae circa contextum facta sint, videbimus. Graeca editori ejus momenti visa sunt, ut eorum statim in titulo libri post Glossas, quarum eo tempore primus semper locus erat, mentionem faceret (verb. „Patescit grecum utile cum expositione succincta“). In epistola ad bibliopolam de iisdem haec sequuntur: „Grecum (quod me judice ineffabili dignum est commendatione) locis XI opportunis apposuimus. Id ipsum e magistri georgii hermonimi officina suscipientes, quem et arte et origine pelasgum compertum habemus. Et eo pacto imprimendum censuimus, ut in textu argolicis,

1) Per Schwarzium in schol. ad Prooemium, i. e. paucis tantum locis.

in glosa latinis caracteribus exaretur, cum ipsius lucidissima cunctisque patente explicatione, ut ab universis facile dignoscatur." Sunt autem Graeca in contextum recepta [2]) plerumque ab iis, quae Theophilus habet, quorumque vestigia interdum luculentissima in melioribus codicibus Institutionum extant, ita diversa, ut Gebaueri [3]) opinio, ea Hermonymi conjecturis deberi, verisimillima sit. — Arbor deinde consanguinitatis (cujus et titulus et praefatio mentionem fecerunt) similiter pro lubitu potius et secundum ea, quae illius aevi auctoritatibus placuerunt, quam e meliorum, quibus servata est, codicum fide adjecta videtur. — Denique summariis textui ipsi immixtis (de quibus etiam titulus agit) paragraphi primum solenni magis et certa ratione, quam quae in antiquioribus editionibus spectatur, signari coeperunt. — Horum trium, quae ad contextum ipsum spectant, in ea editione, quam Chappuisianarum fundamentum esse diximus (LXVIII), ultimum tantum, idque minoris momenti deprehenditur, duo priora desiderantur.

Haec omnia cum indicibus et rell. saepius repetebantur, et quidem, si accuratiora spectes, trifariam, partim vel omnino, vel paene ut a. 1503, partim aliquantisper auctius et correctius (a. 1511 et postea nonnumquam), partim multis mutatis longeque correctius (a. 1525 ap. Chevallonium et sequentibus annis). Ad primum genus praeter editionem a. 1503 pertinent edd. a. 1505. 7. 8. 9. 14 (L — LVIII. LXIV). Quod enim edd. LVII. LVIII tres lectiones editionis a. 1503 cum iis, quae in aliis veteribus impressis extant, commutarunt, vix alicujus momenti est, praesertim quum hae lectiones non amplius repetitae sint [4]).

2) Ea in unum collecta invenies apud Gebauerum (Ordo Inst. Gotting. 1752) pag. XXXIV sq.

3) Loco laudato.

4) Lectio „numerosae" in Prooemio §. 1. si (de quo autem

Paucula, sed graviora ed. a. 1511 (LIX) praestitit, quae glossis quoque et indicibus auctis, prima partem subscriptionis Prooemii, „Datum XI Cal. Decembr." exhibuit, praetereaque in capitibus a nobis collatis unam in veteribus impressis nobis non visam lectionem [5]) recepit, marginique, etiam prima, variantes lectiones passim adspersit, quarum tamen in Prooemio et tit. d. nuptiis nullae extant. Haec e codicibus, iisque melioris notae, ideo habere videtur, quum Prooemii subscriptio vix aliunde peti potuerit. Cujusnam autem codicis sint, quum nullum invenerimus, qui partem tantummodo subscriptionis supra dictam exhibeat, ignoramus. Ed. LXX (a. 1526) hanc editionem per omnia repetit, LXII. LXV (a. 1513. 16) ab eadem subscriptionem Prooemii habentes, ceterum pauculis [6]) parvique momenti transsumtis ex aliis veteribus impressis, ad editionem a. 1503 revertuntur.

LXVI (a. 1516) editionem a. 1511 (LIX) per omnia repetens, unam lectionem habet, quam neque in prioribus editionibus, neque in codicibus invenimus [7]).

LXVII (a. 1519) item editioni a. 1511 tamquam fundamento suo innixa, in nonnullis ad antiquiorem (Rhenanam) familiam veterum impressorum, vel ad singulas antiquas editiones rediens, tres lectiones sibi proprias praestat [8]), quas quidem in codicibus nonnullis invenimus, at ita, ut inde, quonam codice editor usus sit, conjici non liceret.

---

dubitamus) vere in ed. LVII extat, hoc omnino majoris momenti erit.

5) Prooem. §. 1. „sub jugo nostro" cum nonnullis codicibus.

6) In priori tria ejus generis, in posteriori unum idque ab illis diversum observavimus.

7) Prooem. §. 6. „plenissim. et nostr. constit."

8) In tit. de nupt. §. 1. „in uxor. duc." §. 6. „ideo eam in uxor." §. 12. „actioni."

Tertium genus incipit ab editione Parisiensi a. 1525 ap. Chevallonium (LXIX), quae Chappuisianis editionibus et potissimum ed. LXV superstructa, pleraque ex aliis editionibus et codicibus, interque ea haud pauca bonae notae [9]), sive cum majore parte codicum convenientia [10]) recepit [11]), in posteriores quoque editiones, praesertim Haloandrinam, et per eam in alias fere innumeras haud parvo effectu. In hac editione adornanda codices adhibitos esse vix dubitari potest: quinam autem adhibiti sint, nobis invenire non contigit.

Ed. LXXI (a. 1526 ap. Chevallonium), quatenus nobis nota est, modo recensitam repetiisse videtur.

Ed. LXXII (a. 1528 ap. Stephanum) magnam partem lectionum ed. Chevallonianae (LXIX) repetens, aliasque veterum impressorum, etiam ed. Lovaniensis a. 1475 (VII), quae priores editiones haud tetigit, admiscens, 5 novas lectiones praestat, quarum una maximam partem codicum sequitur, duae (inter quas altera ex Accursii glossa oriri poterat) nullum nobis notorum exprimunt [12]).

---

9) Subscriptionem Prooemii uno verbo („Constantinopol.") pleniorem reddidit, Graeca genuina, eaque, ut videtur, Alciati auctoritate restituit.

10) In tit. d. nupt. §. 1. „inter se" loco vitiosi omnium antiquiorum editionum „intra se"; §. 2. „sororemque" pro „sororemve"; §. 6. si fuit" pro „si fuerit."

11) Praeter lectiones supra laudatas hasce novas praestitit: in Inscript. „Slavicus" sine codice nobis noto; Prooem. pr. „victor existat" post „praeliis" sine cod. n. n.; §. 1. „redactae" cum uno codice, „innumerae" cum duobus codd; §. 3. „quaestori" cum quinque codd., „prior" def. „in" cum codd. haud paucis; §. 6. „recognovimus" sine cod. nobis noto. Tit. d. nupt. pr. „consensum" def. „et" c. codd. haud paucis.; §. 6. „nurus tua" cum quatuor codd.; §. 13. „postea redigant." def. „autem" cum uno cod.

12) Hae lectiones sunt: in Prooemio §. 3. „nihil perperam" def. „quae" cum omnibus fere codd.; §. 7. „perlecto" sine

Ed. LXXIII (a. 1528 ap. Petitum) iterum Chevallonianarum lectionum magnam partem sistens, nihil tamen proprii admiscet. Margini saepius variantes lectiones, interdum notae criticae adjectae sunt, quarum illae vel Chevallonianas in contextum non receptas lectiones, vel alias in editionibus frequentatas referunt, hae interdum lectionum originem demonstrant, v. c. in Graecis tit. d. nupt. vetusta exemplaria et Alciatum laudantes.

Ed. LXXIV (Moguntina a. 1529) Chevallonianae et antiquiorum editionum mixturam similem ei praestat, quam editio modo laudata habet.

Post hunc annum, quo Haloandrina etiam editio prodiit, Chappuisianae editiones purae rarius usu venerunt. Sunt autem ab omnibus Haloandrinis immunes edd. LXXVI. LXXXVIII (a. 1530. 37), editioni LXXIV simillimae; LXXXIII (a. 1537), quantum conjici licet, repetitio editionis LXVI; LXXXIV (Lugdun. a. 1535), editioni a. 1511 (LIX) superstructa, paucula editionis a. 1516 (LXV) et tres lectiones sibi proprias cum paucis vel nullis codd. habens [13]). Si textum solum spectaveris, editiones quoque cum notis Sylvestri Aldobrandini, certe usque ad annum 1599, et Baudozae glossatae nonnullaeque aliae Chappuisianis et quidem secundi generis e recensione a. 1511 accensendae erunt. Quia vero harum editionum notis multa Haloandrina immixta sunt, de iis quoque infra dicendum erit.

---

cod., c. Accursio; in tit. d. nupt. pr. „sunt in potestate" c. duobus codd.; §. 12. „intellig. eum" sine cod. „et iis" similiter lectioni haud paucorum codd.

13) In tit. d. nupt. §. 1. „liberorumve infra se locum obtineat" mutato ordine, sine cod.; „non poteris in uxor." c. 3 codd.; §. 6. „in uxor. duc. non poteris" c. uno cod.

## §. 31. b) *Haloandrinae editiones.*

De Haloandri editione (a. 1529. num. LXXV) generatim supra disseruimus. Chevallonianae editioni a. 1525 tamquam fundamento ita superstructa est, ut multa corrigat mutetve, eaque saepe cum codicibus, interdum, quatenus nobis noti sunt, absque illis, atque ita, ut („beneficio antiqui alicujus exemplaris“, de quo ipse queritur, „defectus“) solis conjecturis nimis indulsisse videatur. Invenimus autem in capitibus speciminis gratia collatis 16 lectiones, quas ex editionibus haurire non poterat, earumque 3, quas veras certasque emendationes esse dubitari nequit [1]), plures, de quibus dubitari potest, 4 sine codicum auctoritate [2]). Quibusnam codicibus usus sit, nescimus. Est autem verisimile, inter eos fuisse codd. LXXIV. LXXXIII. XCII (Bernensem, Venetum, Gryphiswaldensem), vel hisce similes, cum quibus sc. Haloandrinae lectiones saepissime vel tum conveniunt, quum ipsae in paucis deprehenduntur. Pandectarum usum, ad quem ipse in praefatione provocat, in speciminibus collatis nullus ap-

1) In Inscriptione restitutio rectae duorum Justiniani cognominum formae „Francicus“, Anticus“; Subscriptio Prooemii nunc demum plena.

2) Hae sunt lectiones Haloandrinae, ex editionibus, quas novimus, ab ipso nequaquam petitae: Invocatio deest c. tribus codd. — Inscr. „Francicus“ c. multis codd. „Anticus“ c. multis codd. — Verba „incipit Prooem.“ desunt. c. nonnullis codd. — Prooem. §. 3. „exquaestore“ c. multis codd., „et exconsule“ sine cod., deest „nostris“ c. multis codd., priore c. mult. codd.; §. 4. „quod per eund.“ c. tribus codd., „ceteros“ def. „et“ c. multis codd., „quatuor“, def. „hos“, sine cod.; §. 5. „Imperiali“, def. „ab“ c. nonnullis codd., — Subscriptio plena c. nonn. codd. — Tit. d. nupt. pr. „patresfamiliarum, filiifamiliarum“, sine cod.; §. 9. „abstineri debere“, c. nonn. codd; §. 12. „spurii“, def „filii“ c. nonn. codd. „sp. appellantur παρα την σποραν et ἀπατορες“ sine cod.

paret, nisi forte emendationes cognominum Justiniani, augmentum titulorum Tribuniani, subscriptionem Prooemii plenam e constitutionibus Digestorum introductoriis sumsit. Divisio paragraphorum certa, quam Chappuisianae editiones praestiterunt, apud hunc editorem evanuit, rejectis omnibus ad contextum additamentis, quorum ope ea divisio facta fuerat. Majores autem titulorum divisiones, novas lineas incipiendo, passim aptissime distinxit.

Haec praestitit Haloander, laudanda quidem et vituperanda (his praesertim accensemus Graecorum, quae rectius Chevallonius expresserat, refictionem), licet meliora, codicibus optimae notae destitutus, praestare vix potuerit. Ii solummodo vituperandi sunt, qui, postquam alii meliora protraxerant, Haloandrina identidem repetierunt. Quod autem primo tempore, antequam meliora illa prodierant, avide excipiebatur haec editio, et a plerisque editoribus magna ex parte exscribebatur, omnino recte factum est.

Jam vero fata Haloandrinae recensionis exponenda sunt, et quidem per proximum aevum sigillatim, per seriora tempora generatim. Recipiebantur lectiones Haloandrinae vel solummodo in locum variantibus destinatum, vel partim in contextum; vel Haloandrina editio ipsa, pauculis forsan exceptis, repetebatur. Quae singula chronologico ordine ita persequemur, ut quodvis editionum genus eo loco, ubi primum invenitur, totum inseramus. Mixturam Haloandrinarum et Ante-Haloandrinarum lectionum in ipso contextu primam invenimus.

A. 1530 Lugdunensis editio (LXXVII), Chevallonianam a. 1526 praesertim sequens, in duobus capitibus a nobis semper collatis 4 Haloandrinas admiscuit, habens praeterea tres lectiones, quae ex editionibus nobis notis recipi nequibant [3]).

3) Prooem. pr. ,,non armis solum" sine cod.; §. 1. ,,nume-

Parisiensis ap. Chevallonium a. 1531 (LXXVIII) modo recensitam, omissis trium illi propriarum lectionum duabus, repetiit.

Eidem editioni (LXXVII) proxime accedunt Lugdunenses a. 1532. 6. 7. 8. 9. 40. 2. 58. (LXXX. LXXXV. LXXXVII. LXXXIX. XC. XCI. XCV. CXXII.) et Parisienses a. 1537. 40 (?). 42 (?). 50. 59. (LXXXVIII. XCII. XCVI. CVII. CXXVIII.), inter quas sunt etiam, quae vitam Justiniani et alia auct. Perrino habent, qui vero de contextu nihil meruit.

Hae editiones ab edit. supra dicta (LXXVII) in contextu et aliis crisin spectantibus eo tantum differunt, quod numerum Haloandrinarum lectionum in contextum receptarum nonnihil augebant, alias Haloandrinas haud paucas in marginem recipiebant; Parisiensis prima unam lectionem, quam in antiquioribus editionibus non inventam codices nonnulli agnoscunt [4]), adjiciebat, recentiores, certe inde ab anno 1539, disquisitionem „Institutane sint vocanda haec juris civilis elementa, an Institutiones" praemittebant; Lugdunensis a. 1558, in qua gloriosissima atque mendacissima praefatio „Omnia fatis etc.", postea in nonnullis invicem diversis editionibus repetita, primum extare videtur, unam novam variantem lectionem, omnino vitiosam addebat [5]).

Similiter Moguntina a. 1532 (LXXXI) Moguntinam a. 1529 (LXXIII) in plerisque sequens, nonnullas Haloandrinas lectiones, unam etiam, cujus originem ignoramus [6]), in contextum recepit. Parisiensis a. 1533 huic Moguntinae proxime accedit.

---

rosae" (fortasse cum ed. LVII, quam vide), cum codd. haud paucis; §. 6. deest „commentariis", haud male, sine cod.

4) Inscriptio lib. 1. tit. 10. „d. justis nuptiis."

5) Prooem. §. 2. „fundum" ad. v. „profundum."

6) In tit. d. nupt. §. 7. „non licet" cum uno codice.

Inde ab a. 1549 in editionibus, mixturam Haloandrinarum et antiquiorum lectionum in contextum ipsum recipientibus, Haloandrina longe praevalere coeperunt. Ipso a. 1549 duae tales mixturae prodierunt, altera in editione Sennetoniana (CVI), postea, quantum scimus, non repetitâ, altera priore illa rarius ab Haloandrinis lectionibus recedens, Lugdunensis ap. Hugonem a Porta (CV), haud raro in Lugdunensibus officinis repetita, a. 1551. 53. 58. (CIX. CX. CXIV. CXXIII. CXXIV), quarum duae ap. Rovillium a. 1551. 58 novas textus divisiones (paragraphos) praestabant. Aldobrandinae editiones nonnullae recentiores, praesertim eae, quae praefationem „Cogitanti“ habent, huc pertinentes, melius cum ceteris Aldobrandinis, quas vide, recensebuntur.

Sequuntur eae editiones, quae Haloandrinas lectiones tantum in margine exhibent, quarum prima est Parisiensis ap. Petitum a. 1531 (LXXIX), sequens in plerisque editionem LXXIII (a. 1528 apud eundem bibliopolam), cui vero e Chappuisianis puris et aliis editionibus trium, qui antecedunt, annorum (excepta Haloandrina), nonnulla, unam quoque lectionem [7]), quam in impressis nondum vidimus, adjicit. Variantes lectiones, haud paucas margini appositas maxima ex parte Haloandrinas esse — ipsarum enim specimina non vidimus — ab Hauboldo edocti sumus. Quae itaque bibliopola scripsit, se nactum vetera quaedam exemplaria Institutiones recognoscendas curasse, de codicibus vel antiquioribus etiam editionibus vix intelligenda, neque in universum magni momenti esse videntur.

His prope accedunt editiones c. notis Sylvestri Aldobrandini, quae per multos annos potissimum Chappuisianae editioni a. 1511 servientes, paucula tantum Chevalloniana a. 1525 in contextum, Haloandrinas lectiones solum in mar-

---

7) In tit. d. nupt. pr. „dum tamen filiif.“ def. „si“ cum multis codd.

ginem receperunt. Initium harum editionum ad a. 1538, quo Sylvestri Aldobrandini praefatio scripta est, referendum videtur. Quas huc pertinentes accuratius novimus, sunt Lugdunenses ap. Vincentium a. 1542. 46 (?). 47. 52. 53. 54. (XCIV. CI. CII. CXI. CXV. CXVI.), Venetae a. 1552. 58. 60. 65. 72. (CXII. CXXV. CXXIX. CXXXVII. CLIII); quarum Veneta a. 1552, cujus titulus tertiam Sylvestri emendationem prae se fert, variantium ex Haloandro sumtarum numerum auxit, Messaggianae — M. notas Aldobrandinis additas primum in ed. Veneta 1558 observavimus — alia similia augmenta addiderunt [8]). — Ex Aldobrandinis editionibus eae prodierunt, quibus praefixa est praefatio incipiens „Cogitanti". Hae notas Aldobrandinas, quodammodo mutatas servando, Haloandrinum contextum maxima ex parte, immixtis paucis tantummodo antiquioribus, receperunt. Proprii in capitibus collatis, licet praefatio codicem Colladonii adhibitum esse praedicet, nihil invenimus. Est autem adjectus index 22 locorum emendatorum, unde paucula, quae forte Colladonii codex praestitit, facile hauriri poterunt. Hujus generis editiones, quae, teste praefatione, ab a. 1554 coepisse videntur, nos quidem novimus Genevensem a. 1555, Lugdunenses a. 1557. 59. 68. 70. 77. (CXIX. CXXI. CXXVII. CXLIV. CXLIX. CLXIV.). Ceterae Aldobrandinae editiones, a Messaggio et Cornello auctae, quarum contextus usque ad a. 1572 ab Haloandrinis lectionibus immunis erat, certe inde ab a. 1581 tales haud paucas contextui admiscuit. Ejusdem generis editiones novimus Venetas a. 1581. 82. 99. (CLXIX. CLXXI. CCXXI).

Tam frequentem Haloandrinarum lectionum usum editionis Haloandrinae ipsius repetitiones non poterant non sequi. Id primum anno 1534 Parisiis factum

---

8) Messaggianarum prima (CXXV) legit in Prooem. §. 3. „recepti" pro „reperti" nullis, quos nos quidem novimus, auctoribus, forsan per solum vitium typographicum.

esse e libri titulo autumamus [9]), de Lugdunensi editione anni 1536 (ap. Gryphium, LXXXVI) scimus. Parvulae autem diversitates ab Haloandrina, quales serioribus similibus editt. inesse solent, ab hac prima etiam, cujus accuratiorem notitiam habemus, non absunt: additur enim inscriptioni Prooemii cum plerisque invocatio Jesu Christi, et subscriptioni cum paucis antiquioribus editionibus vox „salutem". Aliae similes repetitiones sunt: Basileensis a. 1541 (XCIII), Lugdunensis a. 1543, c. not. Feretti (XCVII), habens praeterea variantes lectiones, quarum nonnullae nobis neque ex editionibus, neque e codd. innotuerunt [10]); Basileensis a. 1544 (XCVIII); Lugdunensis a. 1545 (IC); editiones c. notis Balduini, quarum novimus duas priores a. 1546. 54 (C. CXVII.), ab Haloandrina editione quoad contextum, si vitia quaedam typographica exceperis, nusquam divergentes; Lugdunens. a. 1548 (CIII); ea, quae extat in Sylv. Aldobrandini notis in prim. libr. Inst. 1548 (CIV); editiones c. commentario Baronis a. 1550. 55. 62 (CVIII. CXVIII. CXXXIII), quae ipsae quoque variantes lectt. e novissimis fontibus haustas habent; Parisiensis a. 1552 (CXIII), Aldobrandina paragraphorum argumenta et variantes parvi momenti addens, c. not. Hopperi fortasse inde ab a. 1554 (cf. Spangenbergium num. 212), quarum nobis innotuit editio a. 1565 (CXXXVI); in Mynsingeri apotelesmate a. 1555 (CXX); Lugdunensis ap. Cochardos a. 1559 (CXXVI); Gobleríanae latino-germanicae, quarum nos inspeximus editt. a. 1563. 74. 83 (CXXXIV. CLVI. CLXXIII); Pelissonii a. 1564 (CXXXV); Antverpiensis a. 1566 (CXXXVIII), quae notas ex Theophilo et aliis adjecit, neque crisi neque interpretationi aliquid profuturas; Basileensis a. 1570 (CXCVIII); Coloniensis a. 1573 (CLIV); Parisiensis a. 1576 (CLXIII).

---

9) Vd. Spangenbergii num. 153.

10) In Prooemio pr. „repellat" §. 3: „domino propitio."

§. 32. c) *Russardi curae in Institutiones.*

Triumvirorum [1]), qui anno 1560 suas in Institutiones operas publici juris fecerunt, Russardus (CXXXI) ea, quae illo aevo frequentabantur, proxime sequutus est. Contextum enim ipsum talem fere repraesentavit, qualis in vulgatis editionibus a. 1549 et sequentium usu venerat, i. e. mixtum e plerisque Haloandrinis, paucissimis antiquioribus lectionibus. Solis passim uncinis vocem unam et alteram inclusit, quam forte librorum in margine allegatorum auctoritate melius abesse existimabat. Notae autem criticae, quas haud paucas margini adspersit, potissimum considerandae sunt. Eas e 7 codd. Digest. et Codicis collatione petitas esse, praefatio dicit, et quaevis pagina docet, editorem diligenter Theophilo, codicibus ceterisque corp. jur. partibus cum Institut. collatis usum fuisse, at semper fere ex illis subsidiis lectiones tantum excerpendo, judiciumque de iis ferendum aliis relinquendo. Quibusnam codicibus usus sit, neque ipse dixit, neque nobis, quamvis diligenter ejus lectiones cum nostris codd. comparando, invenire contigit. Haud raro, quae Russar-

1) Qui accuratius consideraverit, quae Russardus, Contius, Hotomannus eodem anno publici juris fecerunt, cum vix fugiet, quam saepe in iisdem Haloandrinis lectionibus rejiciendis, iisdemque argumentis criticis adhibendis convenerint, ita ut, licet in multis diversi, tamen unum idemque archetypon suo quisque modo effinxisse videantur (cf. quae infra e singulorum editionibus exhibebimus). Tale archetypon typis mandatum quum nos quidem ignoremus, conjicere licebit, aliquem eximium illius aevi Ictum in praelectionibus ea dixisse, quibus triumviri illi pro fundamento editionum suarum usi sint. Quisnam ille fuerit, alii in historia juris literaria magis quam nos versati videant. Cujacium, qui gloriae suae avidissimus, vix ac ne vix quidem, si sua scrinia expilata fuissent, id facinus silentio praeteriisset, hoc archetypon praestitisse non putamus.

dus in suis codicibus — vel omnibus vel nonnullis — invenit, cum iis conveniunt, quae nostri omnes, vel multi, vel aliquot habent; at saepenumero accidit, ut, quod in nonnullis, imo in omnibus suis codicibus invenit, nos numquam observaremus [2]).

Repetebatur haec editio a. 1567 (CXXXIX), et cum augmentis Charondae a. 1575 (CLVII). Hujus editionis praefatio usum editionum Contii et Russardi multorumque librorum msctorum, praesertim unius ex Dionysiana bibliotheca ceteris integrioris praedicat. Est autem contextus,

2) Notarum Russardianarum specimen hoc habe: Invocationem Jesu Christi in omnibus codd. invenit, et ex aliis quoque constitutionibus defendit. — Prooem. pr. „victor exist. non sol." in omn. codd.; „expellens fiat", „magnificus" def. in omn. (in contextu uncinis inclusit); §. 1. „et summa" in omn., „providentia" (quae vox etiam in contextu legitur) in omn., „deductae" in omn., ad voc. „innumerae" notat „numerosae", adjicitque auctoritates nonnullas ex Orosio, Eutropio cett., verum ita, ut parum constet, utram lectionem defendat; §. 3. „et exconsule" def. in omn. (in contextu uncinis inclusa), „post quadr." cf. Theoph. et nonnullos codd., in aliis „per quadr." (quam lectionem nusquam invenimus), „prioribus" (in contextu uncinis inclusum) def. in nonnullis codd. et ap. Theoph. (in nostris nusquam deficit), „ut tunc legerent" (in cont. unc. incl.) abest ab uno (in nostris nusquam); §. 4. „collectum" cf. Theoph., in quibusd. „collatum", „quod per eund." in omn. et Th., „in hos quatuor" in omn. et Th.; §. 6. „cum praed. tres viri" in omn. et Th. (in nostris nusquam), „cognovimus" in omnibus; §. 7. „vos spes pulcherr." omn., „credendam" omn. — Tit. d. nupt. Rubr. in nonnullis „d. inst. nupt."; pr. „patres familias" in omn., „ad infinit" in omn., „adeo ita" in omn.; §. 2. „sive ab alterutro" in omn.; §. 4. „jungi poss." in omn., nullus habet negationem; §. 6. „affinit. quoq. ratione" in nonnull., „se abstin.", in omn.; §. 12. „pat. incert. est" in nonnullis, deest „pater" in plerisque, „quasi σποράδην concepti" in 5 codd. et Th.

quatenus eum contulimus, merus Russardianus, nisi quod passim novi uncini additi sunt; notae Russardi nonnumquam lectionibus codicis praesertim Dionysiani semper nominatim laudati auctae, saepe emendatae mitigataeque [3]). Num codex Dionys. inter nostros sit, nec ne, de eo definire quidquam haud valemus: nusquam enim in capitibus a nobis collatis a Charonda laudatur.

Haec iterum aucta sunt a Pacio a. 1580 (CLXVII. CLXVIII.), qui in contextu levia tantum mutans [4]), paragraphos primus, sed in solis argumentis praemissis, nondum in contextu numeravit, notas Charondae et quas ipse paucas et levis momenti, ad interpretationem potius quam ad crisin pertinentes addidit, subscriptis siglis Char., Pac., ab originariis Russardi distinxit. — Postremo Gothofredianae editiones sine Glossa inde ab a. 1583 usque ad recentissima tempora identidem repetitae quoad contextum merae sunt Pacianarum i. e. Haloandrino-Russardianarum repetitiones. De quibus, quum ultimae periodi maximam partem expleant, accuratius exponendi infra locus erit.

§. 33. d) *Contii editiones.*

Contius, editor secundus Institutionum a. 1560 (ed. CXXX), textum ipsum ita recognovit, ut Haloandrinam recensionem, licet valde vituperans, tamen in multis plane sectaretur. Servavit enim haud pauca, quae ille primum, nonnumquam sine codicum auctoritate, interdum etiam male receperat, eaque passim adeo inconstanter, ut exactam illam ad

3) Exempla eorum, quae Charondas mutavit haec sunto: Literas „S. D.“ post inscriptionem Prooemii uncinis inclusit, addiditque „inclusa desunt in vett. msc.“ Prooem. pr. voci „magnificus“ loco Russardianae notae „deest in omnibus“ adscripsit „abest a quibusdam msctis.“

4) V. c. Invocationem Jesu Christi, Russardo jam approbatam, neque tamen receptam, ipse in contextum restituit.

ad singula quaeque attentam Haloandri diligentiam omnino desideres. Cujus rei evidentissima exempla sunt, quod per continuos undecim paragraphos tituli de nuptiis, eosque Haloandri tantopere vituperati criseos minime expertes, nihil omnino mutavit, invocationem Jesu Christi cum Haloandro omisit, in Prooem. §. 3. cum eodem addidit „et exconsule", in tit. d. nupt. modo cum illo solo „patres filiive familiarum" modo „patres filiive familias" legit, et quae sunt similia. Aliis locis haud pauca mutavit, nonnumquam vere emendavit. Subsidia, quibus eam in rem usus sit, in titulo ipse indicavit, „antiquissima exemplaria" appellans; notae autem docent, ei quinque codices [1]), Theophilum aliaque subsidia, v. c. Ivonem, Cajum Visigothicum etc. ad manus fuisse. Quinam illi codices fuerint, haud omnino ignoramus: est enim e lectionum comparatione verisimile, codicem nunc Parisiensem (nostrum LII), fortasse etiam duos alios Parisienses (XXX. LI) quinque illorum numero fuisse [2]). Num etiam editionibus Institutionum usus sit, de eo nihil compertum habemus. Conveniunt omnino lectionum, quas recepit, nonnullae cum iis, quae in veteribus impressis aliisve editionibus extant, at ita, ut e codicibus quoque depromtae esse possint [3]). Ne-

1) Cf. notas ad I. Inst. 2, 9 (per quas personas).

2) Ait enim Contius in tit. d. nupt. §. 4., duos codices negationem agnoscere, quam omnium nostrorum codd. habent septem (XXX. XXXIX. XLI. LII. LX. LXX. XCII), quorum soli XXX et LII, ille semel, hic ter in aliis quoque lectionibus raro obviis cum Contio conveniunt. Propter ceteras lectiones, quum ter cum lectionibus Contianis codex LI. conveniat, hic quoque addi poterit.

3) Lectionum Contianarum, comparatione cum Haloandrinis instituta, haec exempla habe: Prooemium inscribit „de confirmatione Institutionum" Theophilo auctore; in codd. enim haec nusquam extare videntur. Inscr. addit „[S. D.]", notans, haec in antiquis deesse; habent autem codices et libri

que illud silendum est, divisiones in paragraphos ope argumentorum praemissorum a Contio denuo ordinatas esse. — Repetita est Contii editio a. 1567 (CXLIII), pauculis additis 4), nec non a. 1571 (CL), omissa magna parte adnotationum.

In quibusnam aliis editionibus Contianae recensionis usum deprehenderimus, infra dicendi occasio erit.

---

impressi praesertim recentiores „S.", scriptorum nullus, impressorum, quantum scimus, vix unus et alter „S D." — Prooem. pr. „bellorum" def. „et" cum 7 nostrorum codd. — „existens", quod nusquam invenimus. — „expellens" (similiter Russardus) c. multis nostr. codd. — „et" deest (simil. Russ.?) c. 4 nostr. codd. — „magnificus" (simil. Russ.) deest cum majori parte nostr. codd., haud paucis vett. impress. — §. 1. „et summa" (simil. Russ. c. majori parte nostr. codd., uno vet. impr. — ad v. „providentia" not. „al. diligentia", quam lectionem nos in 6 codd. invenimus. — „deductae" (simil. Russ.) ante Haloandrum fere ubique. — „numerosae" (simil Russ.) c. 19 nostr. codd. et edd. ab a. 1530 inde nonnullis. — §. 3. „repleti" c. 6 nostr. codd. — §. 4. „quos p. eund." (simil. Russ.) ante Hal. fere ubique. — „hos quatuor" (simil. Russ.) ante Hal. fere ub. — In subscriptione nomini Justiniani primus addidit siglam „A." c. 2 nostr. codd. — In tit. d. nupt. rubricae addit v. „justis" (simil Russ.) c. 13 nostr. codd., nonnullis recent. edd. — pr. „si filiif" def. „sint" c. 9 nostr. codd. — „et consens." ante Hal. fere ubique. — ad §. 4. notat quaedam de negatione, Cajum, Theophilum, Gregorium, Ivonem, Damianum et 2 codd. laudans (simil. Russ.). — §. 12. „qui ex eo coitu" def. „hi" c. 5 nostr. codd. — „cum etiam" def. „pater" c. multis nostror. codd., def. „is" sive „his", quod nusquam invenimus. — „filii spurii" ante Hal. fere ubique. — In Graecis reversus est ad Alciati in Chevallonii edit. a. 1525 receptam restitutionem (simil. Russ.).

4) Praemissa est invocatio Jesu Christi, quam mutationem nota defendit. — Prooem. pr. lectio vulgata „existat, expellat" allegatur. — §. 3. v. „repleti" Theophilus laudatur. §. 7. v. „credendis" varians lectio „credendum" additur.

§. 34. e) *Hotomanni editiones.*

Hotomanni quoque recensio a. 1560 primum prodiit (CXXXII). In qua praeter novam divisionem totius operis — lib. tertii initium ab obligationibus, quarti ab actionibus fecit — et titulorum in paragraphos (quos ita, ut non a principio, sed a §. primo initium fieret, numeravit) lectionibus ipsis reformandis indefesso studio incubuit. Quam in rem praesertim Theophilo et duobus codicibus, altero (quod ipse ait) Tigurino, altero Martini aliorumque antiquiorum glossis instructo, ab Accursianis vacuo, usus est. Hunc eundem esse, qui olim prope Argentoratum fuit, ubi Hotomannus suam editionem paravit, nunc Gottorpii est (nostrum num. LXX), alia suadent, alia dissuadent. Convenit enim una notabilior lectio [1]), quam ipse ex illo codice laudat, cum Gottorpiensi, ceterorum, quae in capitibus a nobis inspectis affert, nulla. Num alia subsidia, v. c. editiones adhibuerit, nobis haud constat. Conjecturis omnino indulsit, et interdum quidem magis, quam par erat. Inveniuntur autem ad crisin facientia partim in contextu ipso, cui Haloandrina editio fundamenti loco substrata est, partim in commentario iis, quae interpretationis causa scripsit, intermixta. Quae qualia sint, quo facilius videas, infra textum exempla subjecimus [2]). Magna autem pars lectio-

1) In tit. d. nupt. §. 4. negatio addita. — Reitzius in miscell. observ. nov. tom. 4. pag. 325 utrumque codicem invicem differre existimat.

2) In Prooem. pr. „existat — expellens" adjecta est ad v. „existat" nota: „sic omnes antiqui libri, et infra expellens, etiam Theophilus" (cf. Russardum et Contium. Hujus lectionem tacite reprehendere videtur). — „magnificus" deest, et nota habet: „abest a Theoph. et antiq. libr." (simil. Russ. et Cont.). — §. 1. „et summa" „deductae" „numerosae" omnia cum Russ. et Cont.; ad ultimam voc. posita nota hanc lectionem e veter. libr. defendit, quamvis Theoph. et Accurs. adversentur. — Prooem. §. 2. „prud. vet." (antiquo fere omnium nostr. codd.

num, quas recepit (8), cum majori parte codicum consentit, major (10) cum minori, interdum paucissimis. — Saepius repetita est Hotomanni editio, et quidem primum a. 1567 (CXL), hoc nomine: „secunda editio recognita.“ Pauca, quae vel addita vel mutata sunt, fere omnia Contii

---

ordine contra Haloandr. restituto). — §. 3. „et excons.“ deest (cf. Russ.); not. hoc ab antiquis et a Theoph. abesse dicit. — Nota critica, qua defenditur defectus vocis „nostris.“ — „special. mandav.“ (mutato ord. c. multis nostr. codd.). — „ut nostra“ def. „ipsi“ c. omnibus fere nostr. codd., contra omnes priores editt. — „in priori.“ — §. 4. „collatum“ (cf. Russ.). — „quo s per“, „in h o s quatuor“ (c. Russ. et Cont.) — §. 5. „ab imperiali.“ — „tres praed. vir. prud.“ (c. max. parte nostr. codd.). — In subscr. addit „Aug.“ (cf. Cont.). — tit. d. nupt. §. 1. „adeo i t a“ (c. Russ.). — §. 2. „ex alter u t r o eor.“ (cf. Russ.). — §. 3. „ejus neque nept.“ (c. haud pauc. nostr. codd.). — „conjungi poss.“ in margine „non.“ Negationem, quam Tigur. liber habeat, quaeque in altero codice deleta sit, nota probat (cf. Russ. et Cont.). — §. 7. „ideo imped.“ def. „tibi“ (c. max. part. nostr. codd.). — §. 8. „mariti v e r o fil.“ (quod nos nusquam invenimus. Simile habet cod. XLI). — §. 9. „s e d si ux. t.“ (c. multis codd., nonnullis edd. — „nam nec spons.“ def. „constat“ (c. max. part. nostr. codd.). — „nurum esse n e q u e“ (c. uno nostr. codd.). — „sponsam patris“ (c. nonnullis nostr. codd.). — „novercam“ def. „esse“ (c. duobus). — „ex jure“ (c. nonnullis nostr. codd.) — §. 12. „vel a graeca voce quasi σποραδην concepti vel quasi S. p. i. e.“, nota habet: „duorum libror. adjumento correxi, quorum uterque Theophili subsidio indigebat“ (cf. Russ. et Cont.). — deest „nec donationis“ auctor. codd., et Theoph. in notis laudat (c. magna parte nostr. codd., nonnullis etiam vett. impr.) — „nupt. coëunt“ (c. multis nostris codd.). — §. 13. „in potest. parent. redigant.“ (c. paucis nostr. codd.). — „et si alii liberi nulli ex eod. matrim. postea fuer. procr.“ nota addit: contra omnium auctoritatem. — „praebuit const.“ (c. uno nostr. codd.). —

editionem respicere videntur [3]). Quae postea secutae sunt repetitiones, quarum nos duas inspeximus, a. 1569. 1588 (CXLVII. CCXVI.), nihil novi habere videntur.

§. 35. *f) Ceterae editiones ab a. 1560 usque ad a. 1585.*

Quae ab anno 1560, in historia editionum gravissimo, usque ad Cujacii editionem typis mandatae sunt editiones, illis exceptis, in quibus antiquiores tantum repetebantur, omnes a Contio et Hotomanno vel ab illo solo vel etiam a Russardo aliquid habent. Primum a. 1567 (CXLI) repetita est Haloandri editio c. variantibus lectionibus, quae potissimum e Contio haustae videntur [1]).

Similiter eodem anno (CXLII) Lugd. sub signo leonis repetita est editio antiquior ejus generis, quod a. 1532 (LXXX) coepit, additis nonnullis variantibus e Russardo, cui similes sunt, quae ex eadem officina a. 1575. 80 (CLIX. CLXVI.) prodierunt, et Taurinensis a. 1576 (CLXII).

Wesenbecii editio a. 1569 (CXLV) mixturam praestat Haloandrinarum, Contianarum, Hotomannianarumque lectionum, cui nonnihil ex ed. Parisiensi a. 1528 (LXXII) additum est. Scholiis maxima ex parte interpretationem spectantibus insunt nonnullae variantes notaeque criticae, plerumque e Contio sumtae, interdum Hotomannum refellentes. Hujus editionis repetitiones nobis haud innotuerunt.

Editio Lugdunensis ejusdem anni glossata (CXLVI), una earum, quae a Lugdunensi a. 1549 (CV) pendent, i. e.

---

3) In Pr. pr. ad verb. „existat — expellens" Contii lectio absque ejus nomine allegatur, adduntur que haec: „quam lectionem ut non improbo, sic ab antiquissimis codd. alienam esse affirmo." — §. 1. „et exconsule" denuo receptum (c. Cont.). — in tit. d. nupt. §. 1. „ et haec adeo vera" (c. Cont.). —

1) Hae variantes singulis ad interpretationem facientibus verbis ita intermixtae sunt, ut difficulter ab iis discerni possint.

maxima ex parte Haloandrina, nonnulla e Contio et Hotomanno, pauca, quae in impressis nusquam legimus, adjecit [2]). Haec editio saepius, et quidem semper in glossatis editionibus repetita est Lugduni, Antverpiae et Parisiis a. 1572. 75. 76. 81. 84 (CLII. CLVII. CLX. CLXI. CLXX [3]) CLXXIV), nec non in Gothofredianis glossatis. Quae repetitiones partim archetypo suo in omnibus servierunt, partim paucula quaedam mutarunt. Hoc accidit in Parisiensi a. 1576 (CLXI) et Lugdunensi a. 1584 (CLXXIV [4])). De Gothofredianis sequens periodus exponet.

Tertia mixtura invenitur in editionibus Crispini, quarum nos eas inspeximus, quae prodierunt a. 1572. 74. 80 (CLI. CLV. CLXV), sive Crispini et Pacii, certe antiquiores [5]), quarum vidimus edit. a. 1583. 1605. 10. 12. 17. 24. (CLXXII. CCXXV. CCXXIX. CCXXXIII. CCXXXVI), quae Haloandrinum textum praestant, paucis exceptis, quae Contiana sunt. Notis exegeticis nonnumquam notae criticae vel variantes lect. immixtae sunt, in quibus autem nihil novi invenimus. Pacius in textu notisque criticis nihil mutasse videtur; numeros tantum paragraphorum eum in modum, qui nunc frequentatur, primus adjecit.

### §. 36. g) *Cujacii editio.*

Anno 1585, sub finem ferventis studii critici in libros juris Justinianei impensi, coryphaeus Ictorum, ipse ultimos

---

2) In Prooemio pr. „Africa et Asia." — §. 7. „credentibus", quorum prius in codd. nullis, posterius in uno cod. VIII. invenimus.

3) Hanc (CLXX) Spangenbergius ad Paris. a. 1559 (CXXVIII) refert, quod nobis secus videtur. Fortasse illius comparationes alias simul editas corp. jur. partes spectant.

4) Haec denuo recepit Haloandrinum „et exconsule", rejecit „credentibus."

5) Recentiores enim, certe ea, quae a. 1642 prodiit, prorsus Gothofredianae factae sunt.

annos literatissimae et gloriosissimae vitae agens, Institutiones edendo, saeculis venientibus, circa eas certe res minus eruditis, pretiosi illius libelli optimam reliquit editionem, qua cum magno fructu, dum diligens studium huc applicaretur, uti possent: at posteriora saecula in pejus ita ruerunt, ut pauciores tantum hac optima editione fruerentur, plurimi eam recensionem, unde melior crisis coepit (Haloandrinam), ei praeferrent, quem longe exercitatior melioribusque subsidiis instructa crisis ultimum scilicet insignemque fructum tulit. Cujacii Institutionum recensio in ea editione, quam plerique solam noverunt, et nos quoque solam vidimus, absque auctoris nomine prodiit, cum studiosi cujusdam, sub cujus persona ipse sine dubio latuit Cujacius, ad lectorem admonitione, unde discimus, editorem vetustioribus potissimum exemplaribus usum esse, attentumque fuisse etiam ad scribendi rationem (orthographiam) illis conformem faciendam, eorumque auctoritate titulos „capita" inscripsisse, omnesque minores divisiones (paragraphos) profligasse. Hujus autem editionis auctorem Cujacium esse, de quo doctiores numquam dubitasse putamus, ex ejus editionis, quam Berriat St. Prix [1]) protraxit, inscriptione omnino patet. Quam ut antiquiorem Cujacianam diligenter examinandam quum nos nondum viderimus, quaenam Cujacius praestiterit, e vulgatiori ejus paucis mensibus post publici juris facta editione sumsimus. Invenimus autem, praeter orthographiam ad Florentini fere Digestorum codicis auctoritatem adornatam, eamque divisionum rationem, quae in praefatione exposita est, in lectionibus ipsis electis eximii ingenii, magnae diligentiae, optimorum subsidiorum multa specimina. Curis Russardi, Contii, Hotomanni usus, hujus editionem pro fundamento adhibuisse videtur. Quod non tam ob eam causam nobis placet, quia Cujacianae lectiones

1) Cf. hujus libri §. 26. pag. 168.

cum Hotomannianis saepius quam cum Contianis conveniunt [2]), vel quia Cujac. in gravioribus nonnullis conjecturas Hotomann. excolit [3]), quam ideo potius, quia in levioribus haud paucis, et quae absque longo examine eligi solent, Hotomannianas lectiones omnino sequitur [4]). Utrum priore an posteriore Hotomanniana editione ita usus sit, quum, ubi differunt, modo ab hac, modo ab illa recedat, vix dici poterit. Quum autem inter lectiones priori editioni proprias, quas recepit, ejus modi lectio sit [5]), quam, quia accuratum criticum examen non provocat, facile ex eo sumimus, quod proxime ad manus est, potius priore (a. 1560) quam posteriore (a. 1567) pro fundamento usus esse videtur. Quibusnam praeterea subsidiis usus sit, de eo nihil certi definire valemus. Lectiones Haloandrinas, Chappuisianas, veterum impressorum, praesertim antiquioris familiae (Rhenanae) et Norimbergensis (XX) nonnumquam contra Hotomanni auctoritatem restituit: ea vero num potius e codicibus habuerit, quis est, qui investiget? Codicibus, quorum mentionem praefatio facit, omnino usus est. Nam sepositis omnibus, quae ex editionibus, quarum nos quidem notitiam habemus, hauriri poterant, tamen in capitibus speciminis loco collatis 10 lectiones supersunt, quas ad codices solos referre valemus. Quarum 5 cum majore parte codicum nostrorum faciunt. Quibusnam autem codicibus usus sit, definire non possu-

2) In Prooemio, ubi Contius aeque ac Hotomannus singula quaeque accurate examinasse videtur, Cujacius bis ab Hotomanno, septies a Contio recessit; in tit. d. nupt. semel amplius ab Hotomanno quam a Contio: at ibi Hotomannus multa sibi propria habuit, Contius fere ubique Haloandrum repraesentavit.

3) Cf. tit. d. nupt. verba finalia.

4) Prooem. §. 5. „tres praed. vir. prud.“ hoc ordine. — tit. d. nupt. §. 1. „ita.“ — §. 2. „alterutro.“ — §. 7. deletum „tibi.“

5) In tit. d. nupt. §. 1. „ita.“

mus. Hoc unum liquet, de singulis quibusque lectionibus Cujacianis, quae ad codices referendae sunt, Parisiensibus quoque codicibus testimonium denunciari posse. Cui si junxeris, quod in praefatione dictum est, in vetustioribus exemplaribus divisiones, quas titulos dicere solemus, capita inscribi, haec autem duos Parisienses codices (XLVIII. LI) habere: a veri specie non alienum videbitur, Cujacium tantum codicibus in ipsius vicinia inventis, nunc Parisiensibus, interque eos codd. nostris XLVIII. LI. usum esse. — Quomodo autem vir summus haec subsidia tractaverit, id nunc, antequam totum Institutionum opus, Cujacium quovis verbo respiciendo, nova crisi pertractaverimus, vel laudando vel vituperando persequi arrogantiae foret [6]. Authenticas huic editioni additas esse,

---

6) Lectiones Cujacianas cum Hotomannianis ed. primae collatas hasce speciminis loco habe: Prooem. pr. „summaque" c. Haloandro. — §. 1. „jam — vel" c. haud paucis codd. — §. 2. „veteris prud." c. Contio et Hal. etc. — §. 3. „antecessor. nostr." c. Chappuisio et vett. impr. — „mandav. special." c. Contio et Hal. etc. — „animae vestrae" c. Chapp. et nonnullis vett. impr. — „prior temp." def. „in" c. Cont. et Hal. etc. — §. 5. „imperiali" def. „ab" c. Cont. et Hal. etc. — §. 6. „cognovimus" c. Russardo, Chapp. etc. — tit. d. N. „jussum" c. haud paucis codd. — „an fur. fil." — §. 1. „quarund. nupt." def. „a" c. majore parte codd. — „usque ad inf." c. Russardo. — §. 2. „adoptio sit dissol." c. Cont. et Hal. etc. — „filiam em." def. „suam" c. multis codd. — „filium em." def. „suum" c. majore parte codd. — §. 3. „neque ejus nept." c. Contio et Hal. etc. — §. 4. „jungi poss." c. Russardo. — §. 6. „quarund. nupt." def. „a" c. maj. part. codd. — „ux. eam duc. non possis" c. Chapp. et vett. impr. — §. 7. „ux. habere non possis" c. ed. Norimb. antiqua (XX). — §. 8. „mariti tamen filius" c. Cont., Hal. etc. — §. 9. „si uxor tua" def. „sed" c. Contio et Hal. — „Julianus hujusm." def. „ab" c. maj. part. codd. — „nec patr. spons. noverc. esse" c. Cont., Hal. etc. — „qui hujusmodi" def. „ab" c. vett.

nota res est. — Editionis Cujacianae fata e sequentis periodi historia innotescent.

§. 37. *Tertia periodus, Editiones annorum* 1583 — 1811.

Duobus, et quod excurrit, saeculis sequentibus nihil paene prodiit praeter repetitiones priorum editionum novasque ita fere factas mixturas, ut unam editionem repetendo, quod aliunde habebant, in marginem tantum recipere auderent.

Quae hoc tempore tantum non ubique regnaverunt, sunt editiones Gothofredianae, quarum origo ad antecedentem periodum referenda est. Harum autem duo genera plane diversa sunt, non glossatarum glossatarumque. Ea enim opinio tunc temporis obtinuisse videtur, ut corpus juris glossatum plane alio modo, quam non glossatum tractandum esse existimarent. Namque eâdem plane ratione Baudoza omnino aliam glossatam, aliam non glossatam editionem fecit; neque dissimile est, quod saepius ex eadem officina eodemque anno glossatae et non glossatae, prorsus diversum contextum habentes, prodierint. Non glossatae Gothofredianae ab a. 1583 incipientes, quoad contextum sunt Pacianae, i. e. Russardianae, sive uncinos passim habentes Haloandrinae. Notas autem Gothofredianas, de quibus alio capite disseremus, parum, quod ad crisin spectet, habentes, hoc loco non curamus. Inter editiones ad hoc genus pertinentes fere innumeras quoad contextum — praeter vitia typographica vel frequentiora vel rariora — nihil interesse videtur, nisi quod aliae uncinos illos Russardianos servarunt, aliae vel rejecerunt, vel nonnumquam verba illis inclusa omiserunt. Haec au-

impr. — ,,abstinuerint" def. ,,se" c. Contio. — §. 12. ,,cum is" c. multis codd. — ,,etiam" c. maj. part. codd. — ,,pater" c. Haloandro. — ,,incertus est" c. Russardo. — ,,nuptias contrahunt" c. Contio, Hal. etc. — §. 13. ,,in potest. parent. non fiant" c. Chapp. et vett. impr. — ,,quod si alii liberi etc." c. nonnullis codd.

tem differentia a quinque editionibus notarum Gothofredianarum, quas Kochius recenset [1]), omnino diversa esse videtur, parumque absumus, quin omissiones sive uncinorum sive verborum iis inclusorum soli editorum negligentiae tribuamus. Editiones Gothofredianae non glossatae lectionum gratia inspectae sunt, praeter eas, quas nullo alio nomine, nisi Gothefredianarum editionum appellare licet (CLXXVI — CCXV. CCXXX. CCXLI. CCLII. CCLXIV. CCLXIV a. 1589—1746), editiones cum notis Heigii a. 1603 (CCXXIII), Hunnii a. 1617 (CCXXXII), Boceri a. 1618. 21 (CCXXXIV. CCXXXV), Locameri a. 1632. 71. 1711 (CCXXXVIII. CCXLIII. CCXLIX), recentiores editiones cum notis Crispini et Pacii (certe ea, quae Amstelodami a. 1642 prodiit (CCXXXVIIIb), Vinnii (quae primum a. 1642 prodire coeperunt, (nobis inspectae) a. 1646. 76. 96. 1709. 22. 26 (CCXXXIX. CCXLIV. CCXLVI. CCXLVIII. CCLV. CCLVIII), Schotani a. 1647 (CCXL), Fuchsii a. 1650 (CCXLII), Borcholtenii a. 1679 (CCXLV), Hoppii a. 1701. 18. 36. 46 (CCXLVII. CCLIII. CCLXI. CCLXV), Ludovici a. 1723 (CCLVI), Strykii ann. 1726 (CCLVII), ed. Lugd. Bat. a. 1670 emissa (CCXLIb), ed. Coloniensis, typis varia, a. 1712 (CCL), ed. Boehmeri prima a. 1719 (CCLIV), Taurinensis a. 1758 (CCLXVb), Tolosana a. 1775 (CCLXVIIb) et Parisiensis c. Cajo collata a. 1821 (CCLXXI). —

Harum editionum haud paucae uncinos omiserunt, v. c. quae prodierunt a. 1506 (CLXXXI), earum deinde, quae uncinos non habent, forsan antiquissimae, 1614. 18. 20. (CLXXXIII. CLXXXIV. CCXXXIV), aliae, quas accuratius notare supersedimus; partem uncinorum neglexit, ceteros servavit ed. cum commentario Heigii a. 1603 (CCXXIII); uncinis inclusa verba ejecit editio c. commentario

1) Diss. d. ordine legum in Pandectis. Giessae 1784. 4. Cf. Spangenbergium l. c. pag. 840 sq.

Hunnii a. 1617 (CCXXXII). — Editiones cum commentariis Vinnii in notis nonnulla crisin spectantia habent, variantes nempe ex Hotomanno et Cujacio. Editio a. 1746 (CCLXIV) passim antiquiores lectiones fortasse e Gothofrediana glossata sumtas, aliunde quoque notissimas interserit. Reliquae omnes, licet nonnullarum tituli vel praefationes multum promiserint, quatenus eas comparavimus, nihil ab originariis Gothofredianis diversum habent.

Gothofredianae glossatae hac periodo primum editae sunt (a. 1589), at nihil fere quoad textum et crisin habent, quod non extet in editionibus antiquioribus. Repetiit enim Gothofredus in hisce editionibus glossatam anni 1584 (CLXXIV), i. e. lectionum Haloandrinarum et quarundam antiquiorum mixturam, cui nonnulla Contiana et Hotomanniana et paucula quaedam ex ignotis fontibus admixta sunt. Repetiit autem ita, ut nonnulla, talia praesertim, quae editiones illae a Contio mutuatae sunt, uncinis includeret. Hujus generis editionum eae, quae prodierunt a. 1589. 1612. 25 (CCXVII. CCXXIX. CCXXXVII), nobis accuratius notae sunt.

Utrumque Baudozianarum editionum genus, non glossatarum et glossatarum, huic aevo suam originem debet. Non glossatae primum a. 1591 impressae. Quarum praefatio quamvis librorum variorum et emendatiorum cum msctorum tum impressorum usum praedicet, ejus tamen, si Authenticas adjectas exceperis, nec vola nec vestigium. Contextus enim Haloandrinus est, saepius uncinis tum distinctus, cum Russardus, Contius, Hotomannus alia legunt. Hujus generis editiones tres a. 1591. 1605. 14 (CCXVIII. CCXXIV. CCXXXI), e quarum posterioribus Authenticae omissae sunt, nobis accuratius innotuere.

Baudoziana glossata a. 1593 (CCXX) mixturam lectionum praesertim Ante-Haloandrinarum praestat, quae potissimum ex editione cum notis Sylvestri Aldobrandini, et

quidem antiquiore, additis nonnullis ex eo editionum genere, unde Gothofredianae glossatae ortae sunt, hausta videtur. Notae etiam, Haloandrinas lectiones ut recentiores praedicantes, omnino antiquioris aevi colorem habent. Lectiones autem ex ignotis libris antiquioribus sive impressis sive manu scriptis sumtas nusquam deprehendimus. Lugdunensis editio a. 1607 (CCXXVI[b]), quam ad nullum aliud editionum genus satis certo referre valemus, Haloandrino contextui, paucula quaedam e glossatis hujus aevi editionibus petita adjiciens, haud raro notas criticas e Russardianis et iis, quas eaedem glossatae editiones habere solent, mixtas praestat.

Aliud editionum genus Cujacium sequitur. Primus, quantum scimus, Vultejus (cum commentario in Institutiones prima vice a. 1598 edito) Cujacianum textum exscribi jussit. Nos vidimus secundam commentarii editionem a. 1600 (CCXXII), quae Cujacianum textum, at negligenter, omissis hic ibi integris vocibus, impressum repraesentat.

Editiones operum Cujacii eundem textum praestant, v. c. ea, quae Hanoviae 1602 prodiit, et Neapolitana a. 1758.

Fabrotianae editiones Paris. 1643. 45., nobis haud visae, Reitzio [2]) et Koehlero [3]) auctoribus, textum Cujacianum, at vitiose, repetierunt [4]).

Jani a Costa commentarius in Institutiones, qui primum a. 1659 editus, saepiusque, praesertim cum iis, quae van de Water addidit, repetitus, Cujaciano textui, para-

2) Miscellaneae observationes tom. 4 pag. 322 sq., quibus, quum Fabrotianum exemplar collationibus ibi factis substratum sit, haud paucae lectiones, eaeque plane Cujacianae insunt.

3) In praefatione editionis Institutionum.

4) Quae Hugo (civilist. Magazin vol. 3. pag. 239) de his editionibus exponit, ita intelligi possunt, quasi Fabrotus a Cujaciano plane diversum contextum exscribi jusserit, quod autem secus videtur.

graphorum etiam signis et numeris additis, adjectus est. Notae Wateri crisin etiam spectant, verum ita, ut praeter Cujacii et Haloandri lectiones fere nihil attingant. Hujus generis editiones examinavimus annor. 1714. 44 (CCLI. CCLXIII.).

Ottonis quoque commentarius, qui primum a. 1729 impressus est, textui Cujaciano, at e Fabroti vitiosa editione sumto [5]) subjici solet. Notae Ottonianae ipsae lectiones ex Hotomanno, Contio et Charonda, sed currente calamo negligenter et minus plene sumtas [6]) praestant. Duarum etiam Fabrotianarum editionum fructum, teste praefatione, in notas transtulit; quem magnum fuisse valde dubitamus. — Ottonianarum editionum inspeximus duas a. 1729. 43 (CCLX. CCLXII.). — Cum his proxime junctae sunt edd., quae tandem aliquando novi quid praestant, Iselii et Koehleri. Illa a. 1760 (CCLXVI.) publici juris facta, Ottonisque textum et notas repetens, addit lectiones Parisiensis codicis (nostri XXX); haec a. 1772 (CCLXVII) typis exscripta Cujacianum textum a Fabrotianis vitiis purum (at non sine novis) sistit, adjicitque animadversiones, in quibus primum codicis Gottorpiensis et Dorvilliani (nostr. LXX. LXXI.) usus conspicitur, editorque doctus et sagax conjecturas haud contemnendas publicavit. Haec editio bis repetita est, in Gottingensi corpore juris civilis a. 1776 (CCLXVIII), additis Ottonianis notis Haloandri collatione auctis, atque inde in Plittiano corpore juris civilis a. 1789 (CCLXIX).

Superest una editio, quae contextum ipsum e novo fonte aliquantulum mutare ausa est, Boehmeriana secunda a. 1728 (CCLIX). Cujus fundamentum Gothofredianus contextus praestitit, sed passim a Boehmero correctus e Cujacio, forsan etiam Russardo, nonnumquam e codice

5) Cf. Koehlerum not. 3 cit.

6) Cf. Crameri dispunctiones pag. 53 sq.

Parisiensi (XXX), cujus collationem primi libri ab Iselio tenuit, et Uffenbachiano (nunc Hamburgensi, nostro LXVI), quem coram habuit [7]), quibus omnibus etiam variantes lectiones adjectae sunt.

§. 38. *Bieneri editio.*

Cum superioribus minime confundenda est Bieneri editio a. 1812 (CCLXX), quae eo nomine, quod adhibitis subsidiis haud paucis (8 codicibus, praeter eos, quos Russardi, Contii, Hotomanni, Reitzii et aliorum ope notos habuit, editionum antiquissimarum et recentiorum optimis, Theophilo, Digestis, Codice) tandem aliquando novam textus recensionem paravit, in qua ordinanda ipse nihil non examinasse, numquam aliorum tantum sententiae serviisse videtur. Cui accedit, quod, quo pleniorem quisque codicum cognitionem adipiscitur, eo plenius ipsi persuadetur, Bienerum nihil sine codicis auctoritate recepisse. De eo queri licet, editori antiquissimos variique generis codices ad manus non fuisse, unde haud raro evenire potuit, ut, quod alii editores e melioribus codicibus receperant, illi, quasi solis conjecturis nitens, rejiciendum videretur, vel, quod unus et alter codex, in quem forte fortuna inciderat, vitiose legit, pro lectione in codicibus frequentata, ideoque graviore haberet. De ratione etiam, quam in judicandis eligendisque lectionibus sequutus est, dubitare, vel ab eo dissentire licet: talia autem in quemcunque editorem cadere notum est.

§. 39. *Quaenam editiones a nobis adhibendae videantur.*

Novem veteribus impressis supra (§. 29. p. 192 sq.) recensitis recentiorum editionum addendae videntur hae:

---

7) Codicum in praefatione ipse mentionem fecit; comparatio editionis non modo, quae praefatio asseruit, confirmat, sed etiam indicia praestat, Boehmerum aliis etiam supra dictis libris usum esse.

Antiquiorum Chappuisianarum una, sed tantum quoad Graeca et divisionem in paragraphos argumentis interjectis significatam. Quem in finem elegimus editionem a. 1511 (LIX, infra significandam sigla Chap.).

Chevallonii a. 1525 (LXIX), quae ob virtutes supra expositas tota conferetur (audiet infra Che.).

Haloandri editio a. 1529 (LXXV), quae, licet ejus collationem Gebauer suis notis immiscuerit, tamen propter insignes virtutes denuo conferenda videbatur. Quae collatio a Zaisero et aliis nostrae academiae alumnis facta jam ad manus est. Inspicietur autem ab editoribus saepenumero liber ipse, propter interpunctionem in collationem non facile transferendam, quae ab Haloandro diligenter et optime adornari solet. Signum hujus editionis erit Ha.

Editionum Haloandrinam imitantium conferetur deinde ea, quae a Feretto a. 1543 typis mandata est (XCVII), ita tamen, ut margo tantummodo inspiciatur (significabitur lit. F.);

una earum, quibus praefatio „Cogitanti" praemissa est, at tantummodo in 22 locis, quos index ut emendatos enumerat. Adhibebitur in eum finem ea, quae a. 1568 prodiit (CXLIV), significanda literis Cog.

Russardianarum editionum utemur potissimum eâ, quam Pacius a. 1580 (CLXVIII) curavit, omnium scilicet locupletissimâ, et unde, subscriptionibus appositis, facile dignosci poterit, quid Russardo, Charondae, Pacio debeatur. Respicietur autem, ubi opus videbitur, ad editionem Charondae a. 1575 (CLVII), vel Russardi ipsius a. 1560 (CXXXI). Quarum editionum inspicientur tantummodo margines et uncini in contextu adhibiti, quippe soli aliquid novi ac proprii habentes. Siglae P, Char., R., codd. Char., Dion., R. facili intellectu adhibebuntur.

Contianarum editionum, etiam divisionum causa inspiciendarum, ea, quae a. 1567 prodiit (CXLIII), ut priore locu-

locupletior, adhibebitur, per totum librum a Ryppellio et Schaefero, acad. nostrae alumnis, collata, unde interdum, ubi opus videbitur, ad priorem Contianam a. 1560 (CXXX) respicietur. Sigla erit Co.

Hotomannianarum editionum prima a. 1560 (CXXXII) ita conferetur, ut respiciatur ad secundam a. 1567 (CXL), in qua Hotomannus saepe ad lectiones magis vulgatas revertitur. In hac quoque editione ad divisiones animadvertendum erit. Sigla harum edd. erit Ho.

Wesembecii quoque editionem a. 1569 (CXLV), ubi de electione inter Russardianas, Contianas Hotomannianasque lectiones instituenda sermo erit, haud negligemus. Collatione autem totius editionis opus non habebimus.

Cujacii editionem, diuturnorum 16ti saeculi in hoc genere studiorum ultimum et perfectissimum fructum, tamquam praecipuum fundamentum, nostris laboribus substernemus. Quam in rem nobis exoptatissimum foret, Cujacii ipsius editionem ut basin omnium collationum ipsiusque novae impressionis ita posse adhibere, ut exemplar illius editionis cum nostris mutationibus et additionibus typthetae tradamus. Cum autem nonnisi unicum illius editionis exemplar, nec nostrum, praesto nobis sit, repetitionem tantum Cujacianae editionis, eamque Koehlerianam (CCLXVIIa) illos in fines adhibuimus, atque ita adhibebimus, ut Koehlerianum exemplar ante ejus usum ex originaria editione (CLXXV) corrigamus.

Ottonis, Iselii, Koehleri Gebauerique editiones, nobis quoad contextum nihil profuturas, eum in finem inspiciemus, ne nos fugiat, quod notae proprii habent, vel tum, quum nostrum de aliorum librorum lectionibus judicium inde juvari corrigique poterit. Excutiemus itaque Ottonem et Iselium ex ed. a. 1760 (CCLXVI), ut inde nobis innotescant lectiones cod. Parisiensis (num. XXX), collationesque nostrae Hotomanni, Contii, Charondae, ubi opus

erit, emendentur; Gebauerum, ut nostra Haloandri collatio novo examini subjiciatur, Koehlerum ob notas criticas, utque ex codd. Gottorpiano et Dorvillii majorem fructum percipiamus.

Boehmeri editio secunda a. 1728 (CCLIX) juvabit tantum utilitatem e codice Uffenbachiano, nunc Hamburgensi, percipiendam, eumque in finem inspicietur.

Bieneri tandem editione numquam non accurate utemur, cum ut inde codicum nonnullorum a nobis non conferendorum notitia ad nos perveniat, tum ut illo comite et adjutore in excutiendis tot auxiliis, quae nobis communia sunt, utamur, sicque nostrum de iis judicium magis excolatur.

§. 40. *Conclusio.*

Haec de criseos subsidiis sufficiant. Quae enim reliqua sunt, in glossis, commentariis, observationibus similibusque libris obvia, ita subsidiis exegeticis permixta inveniuntur, ut rectius, ubi de illis agetur, eorum quoque ratio habeatur, ad quae jam transeundum videtur.

## Sectio II. Ad interpretationem spectantia.

### §. 41. Introductio.

Perlustratis jam criticis subsidiis, de iis libris, qui interpretationem adjuvant, commentariis nempe, notis similibusque scriptis, quae hic ibi etiam ad crisin facientia habent, videbimus. In quibus conquirendis, perlustrandis, dijudicandis, ob rationes supra indicatas [1]), otio, quo minime abundamus, magis quam in criticis subsidiis pepercimus, id tantum agentes, ut ex iis commentariis et notis, quae nobis ad manus sunt, justam notitiam ejus rationis, qua singulis aevis plerique interpretari solerent, praestantiorumque cujusvis temporis operum, quae etiam aliunde conquisivimus, nancisceremur. Quae ea via invenimus, jam ita expondituri sumus, ut primum chronologico ordine notas et commentarios enarremus, deinde aliis quoque ad interpretationem facientibus libris summatim perlustratis, ex omnibus ea seligamus, quibus in editione nostra adornanda utemur.

### §. 42. *De notis Ante-Bononiensibus.*

Pauca primis post Justinianum saeculis nobis servata ita diversae indolis sunt, ut ante Bononiensem scholam efflorescentem stabilis et certa interpretationum in Institutiones scribendarum forma nulla extitisse videatur.

Ex orientalibus regionibus Theophilum habemus, cujus potissimum ex accurata notitia jurium ante Justinianeas Institutiones obtinentium haustae interpretationes nunc etiam, quamvis principalis earum fons, Caji liber nostris diebus feliciter repertus, ad manus sit, non sine fructu evolventur. Quum autem ab editoribus haud negligenter

1) V. pag. 35.

instructus sit, notae etiam et excursus ipsi adjecti ad Institutionum interpretationem multum conferent. E Reitzii itaque editione, omnium ut recentissima, ita optima, non tantum ipse Theophilinus contextus, sed etiam notae et excursus inspicientur.

Occidentalium librorum antiquissimus, qui interpretationes Institutionum servavit, est codex Institutionum Bambergensis, noni, ut videtur, saeculi, de quo supra egimus (I). Hic glossam, maxima ex parte interlinearem, eodem tempore, quo textus Institutionum exaratus est, scriptam, primo tantum libro et initio secundi adjectam habet, ab omni juridica eruditione alienam, mere philologicam, potissimum synonyma, passim etiam etymologica, et breviorum sententiarum explanationes sistentem [1]). Quae illi mori deberi videntur, quo prioribus medii aevi saeculis nonnunquam utebantur, libros juris, praesertim Institutiones, ut alios antiquos libros legendi et interpretandi [2]). Promittunt autem hae glossae inspicienti eas interpreti pro illius aetatis mediocri doctrina raros quidem, attamen non omnino nullos fructus, inde quoque aliquatenus augendos, quod, licet raro, tamen nonnumquam Accursianarum glossarum cognatio quaedam cum hisce antiquis deprehendi videtur [3]).

---

1) Cf. Rosshirt Beiträge pag. 12 sq.

2) Cf. Hugo Geschichte des römischen Rechts seit Justinian. Berlin 1818. §. 70.

3) Specimina hujus glossae iis, quae Rosshirtus dedit, aliquatenus locupletiora haec habe. Prooem. ad v. juventuti: „scripsit vel restituit hoc opus," Accursianis similiter; ad. v. majestatem: „i. e. potestatem et excellentiam;" ad v. solum: „tantum;" ad v. decoratam: „honorificatam, ornatam;" ad v. armatam: „munitam;" ad v. legitimos tramites: „i. e. justa judicia," cum Accursianarum interpretationum ultima conveniens;... ad v. volumina: „i. e. corpora librorum," et in

Glossa, quae fragmentis codicis Institutionum saec. noni vel decimi, a Bluhmio in montis Casini bibliotheca inventi [4]), eodem, ut videtur, aevo adjecta est, Bambergensi illi, nisi quod rarius addita est, et magis jejuna, interdum e vulgari ejus aevi sermone depromta praestat, simillima videtur [5]).

Codice Bambergensi nonnihil recentior Taurinensis 10mi saeculi (supra num. XC), glossam plane aliam servavit, quam Savignius totam typis exscribi jussit [6]). Neque nos eo indignam putamus, quum et Institutionum interpreti haud inutilem eam fore, aliosque antiquitatis cultori fructus praestituram speremus. Nititur enim haec glossa, rerum potius quam verborum explicationi dicata, cognitione librorum juris Justinianei [7]) et antiquitatum, cum

margine „volumen a volvendo dicitur, a revolutione foliorum;" ad v. illustribus: „i. e. nobilibus," et in margine „quos lux et claritudo natalium splendificat;" ad v. solertiam: „i. e. ad studia prudentiae;"... ad v. fabulis: „i. e. parabolis, et in margine: „Fabulae sunt fictae, i. e. compositae et falsae rei narrationes, quae non sunt verae, sed ponuntur in argumentis. Sermo autem earum vocatur mytologos et apologos;" ad v. animae: „animos ponit pro sensibus i. e. intellectibus;" ad v. commentariis Caji nostri: „i. e. Julii Caesaris" (ita remotus glossator noster a juridica eruditione erat!); ad v. accipite: „s. o Romani;" ad v. foveat: „i. e. nutriat;" ad v. opere: „i. e. studio."

4) De qua vd. hujus Prodromi addenda.

5) Specimina ejus sumta ex apographo Bluhmii, nobis benigne transmisso, et omnes, quas vidit, sistente, haec habe: ad lib. 3. t. 25 (de locatione) §. 1. v. fulloni „lavandario;" v. praescr. verbis „i. e. per arbitrium judicis." §. 2. inf. v. gratuitum „i. e. sine pretio;" ad t. 28 (per quas personas) §. 1. v. ultro citroque „i. e. ex una parte et altera."

6) Geschichte des röm. Rechts im Mittelalter tom. 3. pag. 671 sq. cf. ibid. pag. 665 sq.

7) Libris Infortiati, quod primis medii aevi saeculis ex hmoi-

juris [8]), tum ceterarum [9]) haud mediocri, medio aevo minime vulgari, neque argumenta desunt petita tam e scientia juris Ante-Justinianei librorumque juris Justinianei antiquorum, per recentiores ejusdem Imperatoris obliteratorum, quam e forma ejus externa [10]), unde conjicias, hanc glossam ipsius Justiniani aevo, vel haud multo post illum scriptam, in codice Taurinensi tantum repetitam esse. Nexus autem inter hanc glossam et posteriores, praesertim Accursianas, intercedentis nullum vestigium deprehendimus. Utilitas, quam ex hac glossa percepturos nos speramus, non solam interpretationem, sed crisin quoque spectabit, primum quia haud raro notae ad certa tantum contextus verba referri possunt, deinde quia nonnumquam variantes lectiones laudavit [11]).

In codice antiquissimo Parisiensi, saec. 11mi (nostro XXX), notae perpaucae, vel codicis ipsius lacunas explentes, vel res potius quam verba, et plerumque satis jejune, et ita, ut juridicae eruditionis minima tantum argumenta praestet, illustrantes repertae sunt [12]).

---

num notitia fere evanuit (cf. Savignium l. l. tom. 2. p. XI et 450), glossator noster utitur (cf. ejusd. libri tom. 3. pag. 667); quid? quod notitiam habet constitutionum nunc deperditarum (not. 9. e Savignii editione; cf. Ottonem et Costam ad Inst. lib. I. tit. 20. de Atiliano tutore §. 4. et Savignium pag. 667), imo „libri 50 decisionum“ (cf. not. 241. e Savignii editione et ibid. pag. 666), quarum a codice separatus usus vix diu post ejus iteratam editionem durare potuit.

8) Cf. not. 466 et Savignium p. 666.

9) Cf. not 7. cum Accursii ad eundem locum Institutionum hariolatione.

10) Cf. Savignium pag. 666, et nostram not. 7.

11) Cf. not. 472.

12) Harum notarum exempla haec habe: ad l. I. t. 12 (quibus modis potest. solv.) §. 9. v. paene „dicit, quia cogere posset, si ad meliorem vocaretur hereditatem.“ ad l. 2. t. 3 (d. ser-

### §. 43. *De Bononiensibus Ante-Accursianis.*

Glossas et Summas Institutionum prioribus scholae Bononiensis temporibus conceptas duodecim tractavimus. Unde hanc de Ante-Accursianis illis operibus opinionem informavimus. Materia, quam praestant, ei, quae in ceteris glossatorum scriptis deprehenditur, prorsus similis videtur, hausta scilicet ex accuratissima quidem corporis juris civilis, mediocri autem reliqui literarum ambitus notitia, eamque ob causam ad Institutionum interpretationem, cujus potissima incrementa ex antiquioris juris cognitione profluunt, parum conferens. Formam autem majoris certe earum partis ita expertem ultimae manus, iis scriptis, quae in publicum emittere constituerant, admoveri solitae, deprehendimus, ut plerisque harum glossarum aliam originem, quam ex ipsis hujus illiusve viri docti scholis petendam adsignare nequeamus. Quodsi vero e doctorum dictaminibus hasce glossas ortas esse ponimus, hinc etiam magna glossarum illarum, si singula spectas, diversitas optime explicatur, quae, si unus vel alter in Institutiones commentarius ab auctore ipso elimatus librariis describendus traditus esset, vix oriri potuisset. Neque huic contrarium est, unam alteramve glossam vel prorsus eandem, vel similem saepius in duobus tribusve codicibus deprehendi, generalemque interpretandi formam et rationem ubique eandem esse, quaestiones etiam nonnullas in omnibus attingi; aliter enim circa glossas e scholis doctorum ejusdem fere aevi, imo ejusdem urbis, inter se multifariam conjunctorum emissas, evenire nullo modo potuit. Azonem demum et plenius Accursium existimamus has glossas accurate atque ita composuisse, ut Accursius prioribus fere omnibus, maxime autem Azonianis usus esse videatur [1]). — Pleraeque

---

vitut.) §. 3. v. nisi qui habet praedium „nec quisquam debet, nisi qui habet praedium."

1) Ex iis, quae in contextu diximus, elicitis e nostrorum codi-

illae antiquiores glossae, quod cum illa origine probe convenit, potissimum interlineares sunt, marginales tunc tantum, quando eas interstitium inter lineas non capit. Azonis fere solius et Accursii glossae marginales sunt.

§. 44. *Continuatio.*

Quibus generalibus haec de singulis libris addenda duximus. Quae in codice Taurinensi 12$^{mi}$ saeculi (LXXXV) et in Bambergensi ejusdem saeculi (III) [2]) extant notae, ad Irnerii tempora referendae videntur. Utrique enim hujus auctoris nomen, idque solum subscriptum invenimus [3]); et ex omnium, quas tractavimus, glossarum lectione nobis is mos apud Bononienses obtinuisse videtur, ut recentissimorum tantum auctorum nomina glossis subscriberent, antiquiores, si quos laudare volebant, quod raro factum est, plerumque pluribus verbis (v. c. „secundum Joannem" vel similibus) excitarent [4]). Glossa in utroque

cum comparatione, si cum iis compares, quae Savignius (Rechtsgeschichte tom. 3. pag. 514 sq.) de glossis, quatenus a doctorum dictaminibus diversa sunt, ex usu loquendi illius aevi adstruxit, facile efficies, plerisque codicibus nostris glossas proprie sic dictas nondum praestari, sed dictaminibus tantum doctorum a librorum possessoribus forte hic ibi auctis impleri. Hoc inde quoque confirmari videtur, quod nulla, quatenus nos quidem scimus, glossa in Institutiones Accursiana antiquior, quae codicibus adjici potuisset, apud antiquos celebratur. Nihilominus in contextu plerumque glossae nomen servavimus, quo generaliori sensu notae hujus aevi a commentariis, notis, adnotationibus recentiorum distinguantur.

2) De Bambergensi glossa cf. Rosshirt Beiträge pag. 47.

3) In Taurinensi tit. d. nuptiis §. 2. ad v. si quis generum „ne reperiatur uterque conjux in ejusdem potestate, vel, quod melius, quia fratres essent. Y;" in Bambergensi verbis: in nomine Jesu Christi — haec adjecta sunt: „Sancti spiritus nobis adsit gratia — dare consilium. Yr."

4) Tancredus se accuratiore methodo usurum esse praedicans,

libro non ad finem perducta est, in Taurinensi primum librum et secundi decem priores titulos comprehendens, in Bambergensi primi tantum libri 11 priores titulos et partem duodecimi. Eo autem nomine Taurinensis cum a coaeva Bambergensi, tum a plerisque aliis longe differt, quod diligenter concepta, accurate et nitide scripta est. Quam ob causam ex antiquioribus Bononiensibus glossis haec prae aliis digna videtur, quae ab interprete Institutionum inspiciatur. Accursianarum glossarum fontem in Taurinensi et Bambergensi libro saepius cognovimus, at ita, ut sola Taurinensis nonnumquam illis lucem accenderet [5]).

Authenticarum Cujacianae Institutionum editioni adjectarum, quae tit. d. nuptiis respiciunt, in utroque nostro libro prima tantum ita deprehenditur, ut circa singula quaedam verba ab impressis differat, in Bambergensi etiam inscriptionem similem eis, quae Authenticis Codicis praemitti solent, adjectam habeat.

### §. 45. *Continuatio.*

Sequuntur duae aliae glossae in libris Monacensibus, altero (CXVI) 12$^{mi}$, altero (CXVII), 13$^{tii}$ saeculi ineuntis, quae ad Martini et Joannis Bassiani aevum referendae videntur. In priori semel nomen auctoris, et quidem M (Martini) subscriptum invenimus [1]); habet autem praeterea glossas, quas Accursius ad Jo. (Joannem Bassianum)

---

hoc ita facit, ut inde magis elucescat, plerumque aliter fieri solere. Vd. ejus verba apud Savignium l. l. pag. 518 not. 7.

5) V. c. in tit. de nuptiis §. 7. „Noverca dicitur quasi nova princeps paternae domus," unde demum Accursiana „nova archa" (ἀρχη) intelligi potest.

1) Tit. d. nupt. §. 11. v. enumerari permisimus, „haec est causa, cum de nuptiis locutus est. M. C. d. incest. et inutil. nupt. ...." quae glossa vitiose scripta videtur.

refert [2]). Hinc, quum codicis ipsius aetas conspiret, aevum glossae satis definitum videtur. Est autem nonnihil doctius, quam eo tempore scribi solebat, concepta [3]); habetque, quod in aliis glossis Institutionum Bononiensibus ante Accursium non invenimus, variantes lectiones [4]); Authenticas omisit. Cum Accursiana glossa haec nostra rarius quam aliae, et plerumque remotius tantum cognata videtur.

Posterioris modo excitati codicis glossae nomen Martini, idque, quatenus vidimus, solum, saepius subscriptum est [5]). Glossa ipsa rara, Authenticae singulae (cum Inscriptionibus ejusmodi, quae in Authenticis codici adjectis frequentantur) multae: quas enim Cujacius habet, omnes, licet alio ordine, in hoc quoque codice invenies, earumque uni (Cujacianae quintae) siglam M. adjectam [6]).

2) Prooemio §. 3. ad v. exquaestore „Exquaestor dicitur, quia fuerat quaestor, et solam absque administratione pristinam retinebat dignitatem," coll. cum Accursianis ad h. l.

3) Prooem. §. 1. ad v. Africa „Quaeritur, quare dicatur Africa, Africa provincia, cum non sit provincia. Solve: licet Africa sit nomen totius regni, quaedam tamen pars ejus, Carthago videlicet et provincia, propter dignitatem et aliorum locorum excellentiam sibi nomen generale retinuit." — §. 3. ad v. Exquaestore „Exquaestor praeerat comitibus palatinis, comites palatini praesidibus provinciarum, et ideo dicuntur quaestores, quia comitibus palatinis omnia exigebant tributorum exactione."

4) Tit. d. nupt. §. 2. v. cognationis „alias cognationis, alias generationis," quam lectionem in nostris codicibus nusquam deprehendimus.

5) Prooemio §. 3. ad v. legum scientiam „Ex magistrali praecepto. M.;" ad v. initium vobis „Primo loco Institutiones legendae sunt, deinde Digesta, mox (?) Codex, ut in oratione Digestorum legitur. M." — Tit. d. nupt. §. 3. ad v. cujus enim filiam „conjuncti ex transverso. M."

6) Eandem Savignius in una Authentica codicis Gottingensis Institutionum, Hugone tamen dubitante, invenit. Quod jam eadem sigla in Monacensi codice, ubi aliter legi omnino ne-

§. 46. *Continuatio.*

Ad Azonis et Placentini aetatem sex libri referendi videntur, quorum duo typis exscripti parvi momenti sunt.

Azonis Summa Institutionum [1]) ea, quae tunc temporis ad introductionem in quemvis titulum facere existimabantur, modo fusius enarrans, modo brevissimis verbis, lectoresque ad Summam Codicis ablegando indigitans, ea tantummodo praestat, quae illo aevo maxime frequentabantur, Accursianae autem glossae in nonnullis fontem proximum. Placentini Summa Institutionum [2]) lectores suos circa tituli cujusvis argumenta (Summas) ad Summam Codicis remittens, observationes de singulis quibusdam locis breves et a vulgato illius aevi more nusquam, ut videtur, recedentes, quasi spicilegium quoddam ad priores glossas, ab Accursio, quatenus utrumque opus contulimus, spretum, neque nobis utile praestitit.

Graviora codicibus msctis insunt.

---

quit, reperitur, id Savignii opinionem, Martinum hisce Authenticis manum admovisse, denuo confirmat. Si autem, quod supra adstruximus, glossatores, antiquiorum nominibus plerumque suppressis, additionibus tantum, quas ipsi faciebant, sua nomina adjicere solebant, ideoque glossae supra recensitae Martino antiquiores Irnerianisque temporibus adsignandae sunt: hinc sequi videtur, Cujacium quoque Authenticas Institutionum Irnerio adsignantem non prorsus errasse, easque similiter, atque circa Authenticas Codicis factum est, ab Irnerio coeptas, a recentioribus, interque eos a Martino auctas et emendatas esse. Similia Hugoni et Bienero placuisse videntur. Cf. Hugonis civil. Magaz. tom. 3 pag. 282 sq., Bieneri historia Authenticarum Lips. 1807. pag. 65 sq.

1) Utimur hoc libro ex editione Lugdunensi a. 1596, quae, ut fieri solet, Summas Azonis ceterorum librorum juris, tamquam partem secundam, Summae Codicis jungit.

2) Editio Nicolai Rhodii Chambergi, Lugd. 1536, ad manus est.

Inter quos primus locus Bambergensi codici Inst. 13tii saec. ineuntis (nobis V) debetur. Glossa huic codici adjecta, contra morem in plerisque aliis Ante-Accursianis observatum tota marginalis, et signis textui accurate adscriptis, huic diligenter applicata est. Glossae licet sat frequentes, tamen Accursianis multo rariores, saepius subscriptionem habent, semel, quantum vidimus, Jo. i. e. Joannis Bassiani [3]), saepissime (in Prooemio solo undecies, i. e. longe saepius quam in Accursiana Glossa Accursii nomen) Az., i. e. Azonis [4]), semel P. i. e. Placentini, junctam siglae Az. (Az. P.) [5]). Laudantur praeterea Ja. i. e. Jacobus [6]), Job. Aldricus i. e. Joannes Bassianus et Aldricus [7]). Quum inter hos omnes nomen Azonis maxime frequentetur, et reliqui omnes praeter Placentinum Azone anteriores sint,

---

3) Prooem. pr. v. per legitimos tramites „i. e. per leges. Jo." Eodem loco Accursius Joannem excitat („sec. Jo.").

4) Prooem. pr. v. oportet „i. e. opportunum est. Az." — §. 2. v. prudent. veter. volum. „Post Digesta tamen et Institutiones iterum solverat codicem, et composuit, ut D. d. emend. Iust. cod. Az.;" statim sequitur: „Ergo post Digesta et primam constitutionem codicis factae fuerunt Institutiones, sed tamen ante secundam compositionem codicis fuerunt factae, unde et, quod hic dicitur quandoque (?), per codicem corrigitur, ut in anno utili. Ut J. d. act. §. sed rursus Az." etc.

5) In superiore margine primi folii „Liber iste Institutionum etc." eadem, quae in codice Institutionum Argentoratensi antiquiore (nostro LXXII) inveniuntur, similia iis, quae epitomata in Azonis Summa Inst. typis mandata extant, cum subscriptione „Az. P."

6) Prooem. §. 3. v. procedat „Ita continua secundum Jo., quia praedictorum virorum auctoritatem et scientiam probavimus, nec per alios commodius poterat expediri. Az."

7) Tit. d. nupt. §. fin. v. instrumentis „Sed numquid sine instrumento non est matrimonium? R. est quidem, sed filius non est legitimus. Job. Aldricus. Contradicunt quidam, sine his non constare matrimonium. Az."

vix errabit, qui hanc glossam ab Azone quidem conceptam, a Placentino vero in nonnullis auctam esse existimaverit. Utrum autem archetypon Placentini ipsum, an repetitionem librarii cujusdam habeamus, incertum est, nisi quod glossae diligenter conceptae ordo hic ibi turbatus secundae magis quam primae opinioni favere videtur. Est autem haec Azonis glossa parum, ut videtur, cum prioribus [8]) cognata, in plerisque glossae Accursii fons, nonnumquam verum archetypon, quod iisdem plane verbis Acc. repetiit [9]). Hujus Azoniani operis, quum alii ejusdem Doctoris libri tantopere celebrarentur, nullam praeter Bamberg. codicem notitiam superesse [10]) nobis inde satis explicitum videtur, quod Accursius ejus discipulus totam fere glossam Azonianam in suam, mox omnium manibus versari solitam, recepit. — Inservit autem Azoniana glossa potissimum historiae literariae studiosis, quibus haud raro hinc Accursianarum glossarum origo patebit [11]); interpretibus Institutionum, quum Accursius fere omnia Azoniana repetierit, vix umquam utilis erit. — Authenticae ab Azonis ut ab Accursii consilio exclusae fuisse videntur. Unica enim, quae, parum huc pertinens et valde depravata, titulo de nuptiis adjecta est [12]), potius librario quam Azoni

---

8) Cum glossa Taurinensis codicis a nobis ad Irnerianum aevum relatâ semel, cum ceteris nusquam conspirare videtur.

9) Glossarum hujus codicis Accursius vix decimam partem respuit. Exemplum glossae ab Accursio ipsis Azonis verbis repetitae habes not. 4. Alia passim, etiam in Prooemio extant. Addidit autem Accursius multa ex antiquioribus glossis, vel aliunde petita.

10) Cf. Sartium tom. 1. pag. 91 sq. de hac Institutionum glossa nihil memorantem.

11) Cognominum, v. c. Justinianeorum, explicationes Accursianas, in antiquioribus glossis nusquam obvias apud Azonem primum invenimus, ut harum origo ab Azone repetenda videatur.

12) Agit de naturalium successione, sic incipiens: „In Aut., qui·

ipsi, qui plures et melius huc facientes recepisse existimandus est, tribuenda videtur.

Codex Monacensis 13tii saec. (nobis CXX) glossam habet, cui saepius „M.“ i. e. Martinus, nonnumquam „P.,“ vel etiam „in S. P.“ i. e. Placentinus, in Summa Placentini, subscriptum est; alia etiam cum Accursianis Joannem vel Bulgarum laudantibus glossis convenientia praestat. Ob quas subscriptiones, potissimum Placentini, huic aevo accensenda videtur. Invenies autem in hac glossa pauca tantum, parum ordinate scripta, cum glossa cod. Monacensis (nobis CXVI), quam ad Martini aevum retulimus, et Accursiana proxime cognata, Authenticas titulo de nuptiis adjectas tres, Cujacianas secundam, ultimam, primam: quare parum utilitatis hinc capies.

Quae codici Monacensi 14ti saeculi (CXXI) adjici coeperat glossa, ob subscriptiones Jo. et Az., i. e. Joannis et Azonis ad eandem aetatem referenda videtur. Quum autem postea scriptio ejus deleta sit, neque operae pretium videatur, artificia, quibus glossae ipsae in vitam revocentur, adhibere: nihil accuratius de ea dicere valemus.

Taurinensis codicis antiquissimi iis foliis, quae ad decimum saeculum pertinent, praeter glossam coaevam, quam supra descripsimus, 12mo vel 13tio saeculo aliae notae passim adjectae sunt, quae propter subscriptiones „M., P., Paganus, Magister,“ si siglae M. et P. vere Martinum et Placentinum significant, huic aevo accenseri debent. Sunt autem hae glossae paucae et cum vulgatis hujus aevi ita convenientes, ut nihil ulterius de iis adjiciendum videatur [13]).

---

bus modis naturales efficiantur legitimi, §. discretis igitur. Licet patri, licet sine legitima prole seu parente cui relinqui nec decedenti naturalibus suis totam suam substantiam,“ quae apud Cujacium non extat.

13) Savignius l. l. pag. 667 generalia de his glossis exposuit, p. 671 sq. specimina earum dedit.

## §. 47. *Continuatio.*

Incertioris aetatis sunt glossae nunc recensendae, nullis nempe, quatenus eas inspeximus, subscriptionibus instructae.

Codex Bambergensis 12mi saeculi (II) glossam ab initio satis frequentem, mox rariorem, ubique parum ordinatam, et diversa manu adscriptam habet [1]). Quae ceteris duodecimi saeculi similis, potissimum argumentorum contextus expositioni et rhetoricae ejusdem tractationi dicata est. Quamvis nomina subscripta nusquam invenimus, tamen, quum harum glossarum cum iis, quas cod. Monacensis (nobis CXVI) servavit, cognationem saepius observavimus, ad mediam Ante-Accursianarum glossarum aetatem, qua Martinianae regnabant, potissimum referendae videntur. Accursianarum glossarum fontem hae quoque sistunt. — Authenticae non desunt, tit. d. nuptiis duae, Cujacianarum secunda et tertia. E quibus omnibus facile consequitur, hanc glossam ei, qui inter plures eligendi copiam habet, parvi tantum usus esse.

Huic in multis similis est glossa, quam codex Institutionum Argentoratensis (LXXII) servavit, prioribus tantum duobus libris adjecta. Habet quaedam ab Accursio ad Joannem et Bulgarum relata; neque quod libellorum huic codici praemissorum, de quibus supra egimus, unus ad Placentini aetatem pertinet, impedimento est, quominus glossas, quae alia manu scriptae videntur, priori aetati assignemus. — Authenticas in hac glossa nullas invenimus.

Postremo quae antiquissimo Taurinensi codici (XC) praemissa sunt octo folia, 12mo saeculo scripta, glossam prioribus haud dissimilem, sine nominum subscriptione habent. Authenticae non desunt. Extant nimirum in tit. de nuptiis Cujacianae prima, tertia, quarta et quinta.

---

1) Cf. Rosshirtum, Beiträge pag. 38.

## §. 48. *De Accursii glossa.*

Iis, quas hactenus recensuimus, in uno alterove tantum codice extantibus glossis longe celebrior est Accursiana in libris scriptis et impressis identidem repetita, quae ob eam causam „ordinaria" appellari solet. Coepit autem Accursius magnum illud opus, totum juris civilis corpus prolixis commentariis illustrandi, a. 1220, quo Novellas exposuit; glossas in Institutiones solas bis recognovit [1]. Quod quo anno ad finem perductum sit, ignoramus: quum autem Decretalium Gregorii noni collectio a. 1234 in lucem emissa in Accursii glossa ad Institutiones laudetur [2], ipseque diu post illum annum in vivis fuerit [3], vix errabimus, si secundam glossae Institutionum recognitionem post a. 1234 ab Accursio institutam esse contenderimus. Additionum enim ante artem impressoriam his libris adhibitam glossis Accursianis ipsis inseri solitarum — earum enim margini saepius adjiciebantur — praeter paucos codices 15ti saec. nullum certum argumentum compertum habemus. Quam glossam in Institutiones, omnium Accursianarum judice Diplovataccio [4] absolutissimam, eo animo inceptam esse, ut contextus, crisi haud neglecta, omni interpretationum genere explicaretur, inspicientibus facile patet. Variantes enim lectiones nonnumquam adjiciuntur [5]; cui prope accedit, quod e glossis interpretationem spectantibus haud raro, quaenam lectio Accursio placuerit, vel

---

1) Auct. Diplovataccio et Sartio. Cf. hujus „Claros Archigymn. Bononiens. Professores" tom. I. pag. 138 sq.

2) V. c. tit. d. nuptiis §. 2.

3) A. 1259. Vd. Sartium l. l. pag. 441 sq.

4) Loco not. 1) laudato.

5) Prooem. §. fin. „nostram, al. vestram" (quam in uno cod. XLVII invenimus); — ibid. „credendis .... vel si habeas credendam ..." (multorum codicum lectio); — tit. d. nupt. §. 6. non potes, al. non possis (item multorum codicum lectio).

vel forte sola nota fuerit, apparet [6]); judicium autem de lectionibus disertis verbis latum nusquam invenimus. Interpretationes ipsae modo etymologiam, verborum significationes, grammatica de casibus, constructionibus, parenthesibus cet.; modo rhetorica, historica, philosophica, saepissime juridica ita exponunt, ut Accursius ex omni ambitu literarum ipsi pervio hausisse videatur. Quae omnia talia sunt, qualia illius aevi ingenio conveniunt; grammatica et rhetorica leviusculi momenti, ibi potissimum, ubi ad graecas literas respiciunt, saepe vitiosa vel ridicula [7]); historica et philosophica rara, nonnumquam jejuna vel falsa; juridica, quae e corpore juris civilis sumi poterant, accurata, aliunde, potissimum ex antiquioris juris cognitione petenda pauca, saepe vitiosa [8]). In his omnibus solum juris civilis corpus accurate et speciatim laudatur, alia omnia, etiam, quae illo tempore cuivis ad manus facile esse poterant, Gratiani Decretum et Gregorii IX Decretales generatim et minus diligenter. Similem se gessit in laudandis veterum Romanorum scriptis, quae tunc omnino rarius manibus terebantur. Illorum autem solos Tullium et Horatium „alias Pamphilum [9])“ excitat. Neque multo frequentiorem fontium, unde sua hausit, mentionem apud Accursium invenies. Sola nomina Joannis (saepius), Bulgari, Placentini, Ala (?) rarius, praeter ipsius Accursii

---

6) V. c. ad Inscr. Prooem. v. cupidae patet, Accursio vel incognitam fuisse, vel displicuisse lectionem nonnullorum librorum „salutem.“

7) Cf. etymologicas explicationes verborum „Institutiones, Pandectae, noverca“ Prooem. §. 3. 4., tit. de nuptiis §. 7.

8) V. c. Caji commentarii Accursio sunt scripta commentatoris in librum Institutionum antiquum; opus desperatum explicatur „sc. a. Constantino, qui hoc voluit, sed non potuit.“

9) Prooem. §. 7. ad. v. summa ope: unde Pamphilus, alias Oratius [imo Virgil. Georg. I, 145. 46.]: labor improbus omnia vincit.“

nomen deprehendimus, neque in msctis libris, quos circa has subscriptiones passim inspeximus, iis, quae in impressis leguntur, plures invenimus [10]).

Patet autem e comparatione ipsa cum glossis antiquioribus instituta, praeter illos viros, etiam ex Irnerii, Martini, praesertim ex Azonis glossis multa in Accursianas recepta esse. Jam vero si accuratius rationem, quae inter Accursianas glossas earumque fontes intercedit, consideraveris, invenies, hos plerumque quoad sensum tantum, verbis haud parum mutatis, potissimum epitomatis transsumtos esse, exceptis solis Azonianis, quae Accursius ipsis ab eorum auctore adhibitis verbis transscribere solebat. In eo potissimum Accursius ab antiquioribus glossatoribus differre videtur, quod ipse primus plurium opiniones de eadem quaestione saepe proferendo controversiarum illo aevo de Institutionibus ventilatarum quasi thesaurum condidit.

Glossae Accursianae seriora fata magna ex parte notissima sunt. Statim a 13tio saeculo avide ab omnibus sus-

10) Narrat quidem Joannes Andreae, auctor saeculi decimi quarti, „siglas auctorum, ab Accursio et aliis antiquis glossatoribus diligenter appositas, ubi in fine glossarum extabant, in libris modernis plerumque omissas esse" — (cf. ejus verba ap. Sartium l. l. pag. 141 not. e). Dubitamus autem, num haec, certe in Institutionibus, ita intelligenda sint, quasi Accursius nomina antiquorum saepius subscripserit, quam in libris bonae notae nunc extantibus inveniuntur. Quod enim ipse ait, antiquos, „quandocunque ponebant glossellam in puncto notabilem," siglam adscripsisse, hoc satis cum ea rei conditione convenit, quam hodieque in bonis libris scriptis et impressis invenimus; neque in codicibus Accursio antiquioribus, quos haud paucos tractavimus, frequentiores auctorum laudationes deprehendimus. Num forte auctor ille negligentiam quorundam sui tantum aevi librariorum, subscriptiones saepius, quam fieri solet, omittentium, quorum codices aetatem nostram non viderunt, vel certe in nostras manus non pervenerunt, corripuit?

cepta ita frequenter repetebatur, ut antiquiores glossae ex communi usu mox evanescerent. Magnus, quo gaudebat, applausus id quoque effecisse videtur, ut haec glossa quasi novus textus justo satis ordine, si cum prioribus glossis comparaveris, scriberetur, neque ullae, quantum scimus, recentiores glossae ei admisceri solerent [11]). Ut autem minoribus literis, ita etiam minori diligentia, quam textus ipse, semper exarari solebat, id quod multa vitia, quibus haec msctorum et antiquorum impressorum pars scatere solet, clare demonstrant. Quae omnia in libris ultimo decennio saeculi 15ti, potissimum autem in Chappuissianis editionibus aliquatenus mutata sunt. In illis enim glossae Accursianae recentiora additamenta interjici coeperunt, quae Chappuisius auxit, glossas ipsas emendatius exprimi curavit (editio a. 1511, teste indice, locis 218 glossarum textum emendavit), indicemque alphabeticum in glossas adjecit [12]). Quum recentior glossae Accursianae admota crisis nobis incognita sit, e Chappuissiana editione (a. 1511) additiones e recentiorum scriptis petitas eorum siglis subscriptis accurate ab Accursianis distinguente, hanc glossam, quae non multum quidem, tamen aliquem fructum promittit, in usus nostros convertere conveniet.

### §. 49. *Interpretationes Post-Accursianae usque ad initium saeculi* 16ti.

Saecula duo cum dimidio post Accursium proxime venientia sanam Institutionum interpretationem nulla fere parte juvarunt. Quid enim huic scopo conferant Accursianarum glossarum quasi novi contextus fusiores expositiones? quid hujus illiusve quaestionis juridicae, cui instituendae

---

11) Aliâ manu margini exteriori adjectas saepe vidimus, recentiores admixtas duobus codicibus, Berolinensi et Magdeburgensi saec. 15ti (nostris XIX et LXXV).

12) Titulus et praefatio hoc significant, quos minime mentiri libri ipsius adspectus docet

verbum aliquod contextus Institutionum, vel quod saepius usu venit, glossae Accursianae occasionem dedit, diffusa enodatio? Ejusmodi autem fere sunt, quae illis saeculis scripta invenimus. Quorum brevem recensum huncce habes.

Notas recentiorum virorum plerumque fere incognitorum glossis in codd. manuscr., non quidem immixtas, attamen adjectas multas vidimus, nullas autem, quae diligenter et justo ordine conceptae libri in publicum emittendi formam prae se ferrent, vel accuratiore attentione dignae viderentur.

In libris impressis primum post celeberrimum Accursium invenimus filium ejus Guillelmum, quem commentarios in Institutiones scripsisse proditum est [1]), cujusque nonnulla Casibus Francisci Aretini immixta typis mandata extant, verum ejus farinae, ut totum opus inspicere nullo modo cupiamus.

Joannes Faber (circa a. 1340) eo modo [2]), de quo supra diximus, potius Accursii glossam, quam Institutiones ipsas fuse tractavit, non omnino indocte, multa nempe e Senecae et „Chronistarum" lectione, unde nonnumquam Accursii errores emendavit, suis immiscens. Quae autem, quippe plerumque quaestionibus a contextu Institutionum alienissimis applicita (agit v. c. quarta fere pars omnium eorum, quae ad Prooemium congessit, de notorietate), nobis nihil utilitatis afferre poterunt.

Bartoli (vel potius Bartholomaei de Novaria) et Bal-

1) Extare dicuntur in bibl. Regiae Parisinae cod. 1371. Cf. Sartium l. l. pag. 191.

2) Cf. de Fabri libro saepius impresso et recentioribus quoque v. c. Mynsingero in praefatione „Apotelesmatis" multum laudato Spangenbergium (Einleitung pag. 315). Nos editione a. 1531 a Spangenbergio diligenter descripta usi sumus.

di commentarii in Institutiones [3]) nullius momenti videntur. Ille in ea certe editione, qua usi sumus, a Ferendato Nivernensi auctus, de quibusdam tantum Institutionum capitibus agens, potissimum in Azonis explicationibus amplificandis versatur; hic argumenta (Summas) praestat, quibus passim interpretationes („ad evidentiam") Fabri methodo Accursium potius, quam Justinianum commentantes adjectae sunt.

Joannis de Platea (circa a. 1404) [4]) commentarius pro illius aevi genio docte et oratorie conceptus, ita methodo tunc usitatae servit, ut nobis quidem nihil utilitatis afferre possit.

Angeli ab Aretio commentarius (ante a. 1440 scriptus) [5]) spisso volumine locupletissimam collectionem quisquiliarum post Accursium occasione Institutionum conscriptarum, auctoribus earum laudatis, luculenta loquacitate praestat. Quod opus, historiae quidem juris Romani per medium aevum studiosis, circa omnia ea capita, quae cum Institutionibus conjungi solebant, magni momenti erit, Institutionum autem interpreti nullum omnino fructum praestabit.

Christophori Portii (aliàs Porci) commentarii [6]) in tres

---

3) De utroque libro vd. Spangenbergium l. l. pag. 315. 317, de priore Panzirolum „De claris legum interpretibus" lib. 2. cap. 61. Nos priore usi sumus ex editione Lugdunensi a. 1559, posteriore ex edit. Lugdun. a. 1543.

4) Cf. Spangenbergium pag. 317, quem latuit editio Lugdun. a. 1532, quae nobis ad manus fuit.

5) Est enim Ferrariae scriptus, ubi Angelus tantummodo usque ad a. 1440 moratus est. Cf. de hoc libro Spangenbergium l. l. pag. 317, cui, quas nos inspeximus, editiones Venetae ap. B. d. Tortis a. 1488 et ap. Andream Thoresanum d. Asula a. 1492 incognitae fuerunt.

6) Editiones a Spangenbergio pag. 317 non recensitas duas vidimus, Lugdunensem a. 1522, 8vo, pessime impressam, et Basileensem 1547, fol.

priores Institutionum libros, circa a. 1450 scripti, magnis laudibus extolli solent, cum ab Jasone Mayno earundem editore, tum ab aliis, qui ex his commentariis in suas Institutionum editiones haud pauca transtulerunt. Nos, licet Jasonis verba, „esse commentariolum luculentum, in quo tantam gravitatem modumque et subtilitatem offendi, ut admirabile et divinum videretur," pro nimiis habeamus, tamen succinctam expositionem rerum illo tempora juxta Institutiones tractari solitarum agnoscimus. Quae autem Jason larga manu adjecit, ita diffusa sunt, ut ne illam quidem laudem mereantur.

Francisci ab Aretio (celebris sub finem 15ti saeculi)[7]) „Casus in Institutiones" in ea certe editione, quam nos inspeximus, cum Guillelmi Accursii notis mixtim editi sunt. Verum ita sunt insulsi et ridiculi, ut, nisi in multis Institutionum editionibus ex parte repetitae essent, ne mentionem quidem earum faceremus [8]).

Nicasius a Voerda commentarium in Institutiones scripsit, paulo post auctoris mortem a. 1493 prima vice editum [9]),

---

7) Cf. Cottae recensio Ictorum, apud Panzirolum (ex ed. Lips. 1721) pag. 529. Sola Casuum editio, quam vidimus, extat in libro antiquo tituli experte, cui subscriptum est: „Finit liber plurimorum tractatuum juris, impr. Argentine 1490 in vigiliis Laurentii." Casus etiam auctorem non referunt, quem Franciscum ab Aretio esse concludimus e laudationibus, quae in editionibus Institutionum a. 1528 et serioribus extant, et ex editione commentarii Angelici a. 1492, quae Casus illos epitomatos, nomine auctoris addito, habet.

8) Speciminis loco hoc habe: „Contigit autem quadam die, quod venit ante praesentiam Justiniani quidam laicus, qui tracto pileo et flexis genibus in praesentia Domini Justiniani talia verba dixit: Domine Justiniane, non habeatis pro malo id, quod vobis dicam. Imperator ridens dixit: dicas mihi etc.

9) Vidimus editionem Lugdunensem a. 1558, 8vo, a Spangenbergio omissam; de aliis editionibus cf. eundem pag. 318.

in nonnullis ad meliora antiqua revertentem, alia bona denuo addentem. Qui liber, relictis plerisque recentioribus, Accursianam glossam fere solam praestat, in iis tantummodo, ubi juris canonici, quod profitebatur Voerda, mentio habenda erat, usum canonum ipsorum diligentem, aliquem etiam hujus juris interpretum cum Accursiana glossa conjunxit; eaque omnia luculento novoque ordine, methodo quodammodo philosophica, verbisque succinctis proposuit. Quas ob virtutes, ubi Accursii glossa alicujus momenti videtur, vel jurecanonico crisis vel interpretatio adjuvari poterit, hunc librum non sine fructu inspicies. — Additamenta, „Postillas“ dicta, ad Joannem Fabrum, Joannes de Gradibus fecit, in editionibus operis Fabriani conspicua, nullius fere momenti.

Institutionum saeculi 15ti editiones [10]), praeter Accursii glossam tantum non ubique repetitam, etiam e recentioribus modo recensitis libris nonnulla recipere coeperunt, Summas nempe, Divisiones et Continuationes, rarius e Baldi et Christophori Portii, saepius ex Angeli Aretini operibus sumtas. Quae additamenta, ante annum 1490 vix obvia, postea absque multa diversitate repeti solebant [11]).

### §. 50. *Notae circa Accursianas potissimum versantes priorum fere triginta annorum saec. 16ti.*

Sub initium ejus aevi, quo criticum studium ad Institutionum editiones applicari coepit, nulli novi, quatenus nos quidem scimus, justi commentarii super Institutiones in lucem emissi, in editionibus autem Accursii glossam

10) In duobus codicibus ejusdem saeculi (Berol. et Magdeburg. nobis XIX. LXXV) multa Post-Accursiana admixta vidimus; quae cujusmodi et quorumnam auctorum sint, non inquisivimns.

11) Contulimus circa hanc rem editiones Venetas a. 1494 et 1497 (XXXII. XXXVIII).

plerumque repetentibus cum librorum, quos modo recensuimus, nova excerpta, tum nonnulla ex Alciati scriptis vel aliunde petita cum efflorescente philologico studio haud raro connexa interpretationis subsidia addita sunt. Hisce nonnullos seriori aevo in lucem emissos libros ejusdem farinae, quique e nullis posterioris aevi fontibus hauserunt, addituri sumus. Quae singula qualia fuerint, nunc videbimus.

Chappuissianae editiones Accursii glossis pleraque e scriptis 14ti et 15ti saeculi excerpta adjecerunt. Contextus enim ipse, ibi plerumque, ubi nunc paragraphos signamus, epitomis interjectis, quas Chappuisius ex Angelo Aretino sumsit, distinctus est; glossis Accursii immixtae, nonnumquam in extremo demum libri margine adjectae sunt frequentes additiones e Baldo, Jo. Fabro, Angelo, Christoph. Portio, Jas. Mayno petitae, verbo. „additio“ et tantum non ubique auctorum nominibus signatae Quae additiones non tantum magna augmenta eorum, quae editores 15ti saec. praestare solebant, sed antiquorum etiam illorum novam recensionem sistunt. — Chappuisius ad interpretationem spectantia denuo addidit glossarum Marginalia (quas ipse medullas dicit) variosque indices. Quorum alii ad alios libros juris pertinent; Institutionum interpretationi sequentes tantum inserviunt: Carmina rubricarum, Institutionum, rubricae per alphabetum positae, tabula emendationum Glossae, tabula materiarum ex glossis extractarum (i. e. index alphabeticus in glossarum marginalia), quibus demum a. 1511 Tabula paragraphorum per alphabetum accessit.

Quae identidem repetita, a. 1528 in editione Parisiensi (ap. Petitum, nobis LXXIII) denuo recensita, atque, novo exemplo, etiam ex humaniore jurisprudentia aucta sunt. Quod primum ad antiqua pertinet, omissis nonnullis marginalibus Glossae a Chappuisio confectis, additiones valde

auctae sunt, non tantum ex Angeli Aretini libris, a Chappuisio jam adhibitis, sed etiam ex Joanne de Platea, Petro de Bellapertica, Francisco de Aretio [1]). Meliora adjecta sunt e Criniti libro „De honestis disciplinis," Alciati „Dispunctionibus," Catelliani Cottae „Memorabilibus," Budaeo „ad Digesta," et aliis hujus generis auctoribus. Ex his fontibus graeci auctores, v. c. Plutarchus et Suidas, quorum opera longa saeculorum serie ab Institutionum interpretatione remotissima jacuerant, primum ad eam admoti sunt. Minime autem editor noster, quisquis ille fuerit, in sententiam magnorum virorum, quibus satis frequenter usus est, juravit, cujus rei argumentum erit, quod contra Alciati a se laudati auctoritatem siglae „ff" veram interpretationem, nostro aevo a Cramero et Hugone divulgatam optime defendit [2]).

Editio Parisiensis a. 1530 ap. Chevallonium sive glossa (n. LXXVI) indices Chappuisianos in appendicem, proprio titulo instructam, cui etiam duo ultimi tituli Digestorum adjecti sunt, rejecit, quae conjunctio postea saepissime usu veniebat.

Lugdunensis ap. Fradinum a. 1530 (nobis LXXVII) ea, quae Parisiensis a. 1528 praestat, paululum mutata repetit, praemissa disquisitione petita e Laurentio Valla, „utrum Instituta an Institutiones dicendum sit."

Parisiensis apud Chevallonium a. 1531 (LXXVIII) eadem auxit vitâ Justiniani, auctore Perrino, novisque non-

1) Hinc demum Casus illi insulsi leviter mutati, quorum nomine haud raro Accursius innocens vapulavit (cf. v. c. Spangenbergium l. l. pag. 268), in editiones glossatas primum recepti sunt.

2) In Prooemio §. 4. ad v. Digestorum. Quae nota, quum subscriptione careat, ab editore ipso profecta esse videtur, nisi forte, supresso nomine, Werneri Rolenvicii „Fasciculo temporum" Argentinae 1487, de quo v. Wenckii magistrum Vacarium pag. 67 not. c) usus est. Cf. Alciatum lib. 3 dispunctionum, cap. 16, Cramerum et Hugonem in hujus civilist. Magaz. tom. 3. pag. 110 sq.

nullis excerptis ex Angelo, Portio et similibus auctoribus, paucisque e melioribus scriptoribus, v. c. Festo, vel ab editore ipso profectis, v. c. numeris librorum et legum, quibus Digesta et Codex constent, indicibusque alphabeticis locupletioribus, a glossa ad textum etiam, additiones (Postillas) et vitam Justiniani extensis, quae omnia etiam Perrinum auctorem habere videntur.

Haec, vel nullis vel paucissimis mutatis, saepius repetita sunt, v. c. annis 1532. 39. 40 (LXXX. XC. XCI.).

Lugdunensis editio a. 1535 (LXXXIV) editioni a. 1528 similem, at ab ea diversam antiquorum recentiorumque mixturam praestat, in qua illa magis praevalentia originariam insipidamque formam totam retinuerunt, haec nonnulla etiam a Perrino receperunt.

Editiones cum notis Sylvestri Aldobrandini, inde ab a. 1538 saepissime repetitae, in notis editione anni 1528 pro fundamento usae, quae eâ continentur, fere omnia repetunt, at plerumque aliis plane verbis dicta et a barbariei colore, quem editio Lugdunensis a. 1535 omnino servavit, plane immunia. Praeterea Sylvester nonnulla antea ab editoribus neglecta primus recepit, quorum autem maximam partem ab Angelo Aretino mutuatus, nova tantummodo forma proposuit; epitomas (Summas) satis bene conceptas textui inseruit; indicemque alphabeticum novum in glossas, notabilia et additiones (omisso textu) concinnavit [3]). Recentiorum Aldobrandinianarum editionum Messaggianae, quae primum a. 1558 prodiere, quarum vidimus eam, quae anno 1564 edita est, 12 tabulas loco disquisitionis Vallensis, „utrum Institutiones an Instituta dicendum sit,“ receperunt, nonnullasque notulas e Ferretto haustas (praefatio

3) Quorum omnium quid primae, quid secundae recognitioni debeatur, non examinavimus. Excussimus enim ratione notarum habita solam ed. a. 1547, quae secundam notarum recognitionem habet.

etiam Baronem et alios dicit, quorum autem nihil vidimus) antiquis addiderunt; Cornellianae, quarum coram habuimus Venetam a. 1581 et (locupletatam) Venetam a. 1599, additionum ad Accursii glossam Aretinianarum, Portianarum similiumque ab Aldobrandino ejectarum multas reduxerunt, alias denuo ejecerunt, novasque e recentioribus auctoribus sumtas notas nonnullas addiderunt.

Schneidewini commentarius in Institutiones, qui Argentor. 1575, fortasse jam 1573 [4]) in lucem emissus, postea modo Schneidewini, modo Oinotomi nomine saepius repetitus est, exegetica et dogmatica habet, quorum illa unice e glossa Accursii et scriptoribus duorum insequentium saeculorum hausta videntur. Veneta hujus commentarii editio a. 1657 similia nonnulla ejusdem farinae addidit.

§. 51. *Interpretationes recentiores, plerumque ab Accursio immunes.*

Quarto demum 16ti saeculi decennio, relicto Accursio, plane novi commentarii in Institutiones, hausti potissimum ex antiquitatum studio, concinnati sunt, qui mox in eas quoque Institutionum editiones, quae proxime antecedentis aevi more cum Accursii glossa edebantur, vim suam exserebant. Quorum quos novimus, jam percurremus.

Omnium antiquissima videtur Claudii Cantiunculae „Paraphrasis in tres priores libros Institutionum," cujus Dedicatio annum 1533 prae se fert [1]), prima autem editio, quippe a Ferrario laudata, ad priorem aliquem annum pertinere videtur. Quae paraphrasis, scite inserto Dige-

---

4) Spangenbergii (pag. 319) antiquissima editio est a. 1595. Nos editionem a. 1575 coram habemus, quae, quum epistola dedicatoria annum 1573 referat, nisi ipsa prima editio est, certe minus inde distat. Earum, quae nomen auctoris Oinotomi habent, vidimus Venetam a. 1657, primâ hujus generis a Spangenbergio laudatâ vicennio antiquiorem.

1) Vidimus editionem Lovaniensem a. 1562.

storum et Codicis jure, optimorumque Graeciae et Latii scriptorum multis citationibus adhibitis, Accursii quoque, et qui eum sequebantur, operibus (rejectis tamen omnibus iis, quae risum vel nauseam moveant), in suos usus versis, Institutionum textum grato et luculento sermone ita enarrat, ut eorum intellectus inde haud parum promoveatur.

Proxime sequuntur Jo. Ferrarii Montani „Adnotationes in 4 libros Institutionum," quarum secundam vel tertiam editionem (Marburgi a. 1533) tractavimus [2]). Hae, contra Accursium infensae [3]), e copia librorum antiquorum haud contemnenda, at plerumque ita absque recto judicio haustae videntur, ut saepe errores offendas, raro ex iis, quae congesta sunt, textus Institutionum ipse veram illustrationem adipiscatur.

Aemylius Ferrettus in notis primum a. 1543 editis (nobis XCVII) Cantiunculae et Ferrarii notas ita reconcinnavit, ut, ejectis remotioribus, breviores atque haud raro correctiores fierent, novi autem sibique proprii praeter nonnulla ad crisin pertinentia haud multum addidit.

Baronis „Commentarius bipartitus" primum a. 1545 in lucem emissus, cumque additionibus Trehetii a. 1562 editus, quum secunda sua parte jus Francogallicum spectet, de prima tantummodo hic agendum. Quae juris quidem Romani applicationem magis, quam Institutionum interpretationem ipsam spectantia, tamen, ubi haec attingitur, a Cantiuncula et Ferrario in medium protractis, nova nonnumquam ex optimis fontibus hausta addit, omniaque satis scite atque ita proponit, ut interpretatio inde vere promoveatur. Quae a Trehetio, separatim positis excerptis ex Theophilo et fontium laudationibus (quas ille primus data opera collegit), aucta sunt.

---

2) Spangenbergius, cui haec editio non innotuit, duas a. 1532 (l. l. pag. 319) indicavit.

3) Cf. pag. 19 editionis, quam ante oculos habemus.

Balduini' commentarius, cujus prima editio a. 1546, auctior 1554 prodiit (nobis C. CXVII), locupletissimum thesaurum locorum quodammodo cum Institutionibus cognatorum ex auctoribus graecis et latinis sumtorum sistit. Qui quum interpreti non possit non utilissimus esse, nullum ei editorem ejusmodi contigisse dolemus, quales Brissonii similia opera nacta sunt, qui citationes operum ita speciales et accuratas redderet, quales nunc frequentantur, ei, qui duce tali libro in fontes ipsos accuratius inquirere cupit, commodissimos. Anno 1554 collectio, quam Balduinus antea proposuerat, praesertim ex Theophilo aucta est. Ipse Balduinus alienis illis criticas potissimum observationes nec multas nec magni momenti addidit.

Mynsingeri „Apotelesma, sive corpus perfectum scholiorum ad Institutiones" primum Basileae anno 1555 publici juris factum [4]), postea saepissime repetitum, e praelectionibus ortum, ut Angeli Aretini eo tempore omnium manibus versati locum occuparet, typis mandatum, haud male e Glossa, Ferrario, Balduino, ipsis plerumque auctorum verbis compilatum est. Seriores hujus operis editiones a Reyggero procuratae, quarum vidimus Francofurtanam a. 1674, ex Angelo Aretino similibusque auctoribus, passim etiam e melioribus et recentioribus usque ad Cujacium auctae sunt.

Institutionum editiones, sive glossatae sive non glossatae, quae isto tempore prodierunt, notas, si quas contextui vel glossis (ita nempe locupletatis, ut tum fieri solebat) adjiciebant, ad unam fere omnes e recentissimis quoque, quos modo recensuimus, commentariis sumebant.

---

4) Editio a. 1555, quam coram habemus, Spangenbergio (pag. 320) incognita, si praefationis tempus (Cal. Dec. 1554) spectes, pro antiquissima habenda, jam habet titulum arrogantiae plenum, quem Spangenbergius seriori editori, Reyggero, tribuit.

Lugdunensis a. 1549 (CV), in notis editione a. 1531 (LXXVIII) nitens, praeter argumenta ex Aldobrandinianis editionibus transsumta, paucula quaedam, at plerumque scite electa, e Ferretto, Balduino, Curtio ad Theophilum et similibus scriptoribus, mox laudatis, mox suppressis nominibus eorum, adjecit. Hae notae saepius repetitae sunt, v. c. 1553. 58. 67. 69. (CXIV. CXXII. CXXIII. CXLII. CXLVI).

Editio Parisiensis a. 1550 (CVII), similis Lugdunensi anni proxime antecedentis, e scriptis Post-Accursianis aliquanto plus, e recentioribus minus recepit.

Lugdunensis a. 1551 (CX) textui praeter citationes nonnullas epitomas novas (forte Syphriano, qui hanc editionem procuravit, auctore) haud male conceptas addidit.

Parisiensis a. 1552 (CXIII) praeter Aldobrandinianas epitomas pauculas leviusculi momenti notas praestat.

§. 52. *Continuatio.*

Bodaei „Commentarius in Institutiones," Parisiis a. 1555 a Migniano, auctorem (Ictum et patronum causarum, in Italia misere mortuum) valde laudante editus, Accursii, Portii et similium partus cum Alciati et nonnullorum recentiorum notis ita conjungit, ut, quemnam fructum inde capias, non intelligamus.

Editio Cochardi a. 1559 (CXXVI) adnotatiunculas dogmaticas potius quam exegeticas paucas parvique momenti habet. Russardus cum Charonda et Pacio (1560. 75. 80.) variantibus lectionibus, quas larga manu praestant, rarius criticas exegeticasque notas, easque vel levioris momenti, vel nihil novi praestantes immiscent. Praeterea argumenta denuo et quidem simplicibus verbis bene concepta textui admixta sunt.

Contius (a. 1560) notis criticis nonnullas exegeticas, partim e Cochardi editione supra recensita transsumtas,

partim ipsi editori proprias, haud raro jejunas immiscuit; novaque argumenta Russardianis, minus apte concepta, rhetoricis nominibus theseos, hypotheseos, epilogi etc. distincta, quibus nonnumquam interpretationes insunt, ita adjecit, ut divisio paragraphorum argumentis adscriptis significata interdum mutaretur. — In editione Contii a. 1567 repetita notae priores augmentum sibi similium acceperunt, inque argumentis appositis loco verborum graecorum latina (propositio, assumtio etc.) posita sunt. Postremo ea, quae in Lugdunensi corpore juris 1571 extat, notarum tantummodo partem praestat.

Hotomannus, cujus prima editio anno 1567 nonnihil aucta est, e multa quidem plerorumque graecorum latinorumque scriptorum lectione ita hauriens, ut Balduini thesaurum passim auxisse videatur, Ulpiano et Theophilo diligentissime semper usus est. Quae omnia ita sedulo ad interpretationem et crisin singularum fere enunciationum adhibuit, ut paucissimas quaestiones sine responsione reliquisse videatur, circa interpunctionem etiam (singulas enim enunciationes exacte distinguere solet) pleraque praestet: utinam rectiore judicio usus esset, cujus defectum etiam in fictis causis, quas plerumque satis ineptas immiscuit, haud raro observabis. Argumenta et Hotomannus nova, neque male concepta addidit. Paragraphos quoque suo modo enumeravit.

Editiones cum praefatione „Cogitanti" primum a. 1553 in lucem emissae, postea auctae (quarum nunc ad manus habemus eam, quae a. 1568 prodiit), novam quodammodo notarum in Lugdunensi 1553 (CXIV) extantium recensionem praestant, additis argumentis notisque nonnullis ex Aldobrandini editionibus, paucis e Ferretto similibusque auctoribus, easque in posterioribus editionibus auctas: nam Hotomannianas quoque, quarum receptio a. 1560 antiquior esse nequit, in editione a nobis examinata invenimus. Has

e recentioribus transsumtas notas plurimas esse praefatio falso praedicat. Adjecit praeterea vitam Justiniani ex Hotomanni commentario (certe in editione a. 1568) novosque „Casus," quorum auctorem praefatio dicit Cornelium Vibulanum. Hi facti species causasve fictas sistunt virorum vel in graeca romanaque historia vel in fabulis Comicorum celebratorum, nominibus insignitas satisque latine narratas, minus quidem iis, quas Fr. Aretinus finxerat, insipidas, at non minus inutiles.

Editiones cum notis Hopperi, ea certe, quae Coloniae a. 1565 prodiit (CXXXVI), inter multa jejuna, imo haud raro falsa, pauca melioris notae habent, v. c. in fronte libri primam, quoad scimus, ex professo et separatim institutam disquisitionem de ordine Institutionum ab Ictis romanis conditarum, quarum reliquiae nobis servatae sunt, fontium laudationem, argumenta brevia et scite concepta, divisiones paragraphorum a prioribus diversas.

Wesenbecii „Scholia" (a. 1569, CXLV) nihil praeter mixturam notarum Contii, Hotomanni aliarumque vulgatarum habent.

Crispini „Notae," inde ab a. 1572 saepissime, a. 1583 et postea Pacii addito nomine, repetitae, quarum eas, quae a. 1574 et 1606 prodiere, examinavimus, excerpta e multorum interpretum sigillatim laudatorum operibus promittentes omnia sua e Mynsingero et Wesenbecio habere videntur. Recentiores editiones, Pacii nomine insignitae prioribus vix locupletiores, typographicis vitiis scatent.

Schilbockii „Commentarius," Heidelbergae a. 1574 ex auctoris a. 1554 Ingolstadii habitis praelectionibus editus, ex Accursii glossa recentioribusque interpretationibus haud male compositus, nihil tamen novi illis adjecisse videtur.

Cujacii „Notas priores" (a. 1556) et „posteriores" editioni

Institutionum a. 1585 adjectas, quae utraque non mixtim quidem, at junctim in operum Cujacii editionibus extant, non sine magno fructu ab interpretibus Institutionum evolvi constat. Sunt autem utraeque breves, „priores" potissimum criticae, quibus Russardi, Contii, Hotomanni ipsiusque potissimum Cujacii editiones saepe praeparantur, emendationumque in iis extantium fontes aperiuntur [5]; „posteriores," in ipsa potius interpretatione versantes, de quibus praefatio vere dixit, (editorem) „vulgaria... maximopere vitasse..., adfectasse autem vera maxime, verove similia, et rara ac nova..." Quae quum ita sint, non miraberis, e magna doctrinae copiâ protracta interdum obscurius dicta esse, neque sine metu, ne interdum Cujacius novarum rerum studio nimium tribuens magis speciosa, quam vera dixerit, hisce notis usurus es. Adjecti sunt editioni Institutionum novi indices, quos non sine fructu evolves, rerum et verborum ad contextum et notas; decisionum et constitutionum Justiniani, quarum fit mentio in Institutionibus; constitutionum aliorum Imperatorum, quae in his libris referuntur; legum et Sctorum veterum, quorum fit mentio in his libris; auctorum juris aliorumque, qui testes citantur in his libris; rerum et locorum singulorum fere omnium, quibus similes in jure nulli.

Gothofredianas corporis juris civilis editiones non glossatas, quae inde ab a. 1583 identidem repetebantur, notarum ratione habita in quinque classes dividi nota res est [6]). Quae quomodo in Institutionum interpretatione invicem differant, non anxie quaesivisse ingenue fatemur. Prima autem et secunda notarum recensio, quarum inspeximus Modii a. 1587 et genuinam Gothofredianam a. 1597,

---

5) Generalibus tantummodo, qui ejus aevi mos fuit, verbis, v. c. „veteres codices," „quidam codices," „legendum auctore libro scripto" etc.

6) Cfr. Spangenbergium l. l. p. 840 sq.

in Institutionibus nullatenus invicem differre videntur; Leeuwenianae editiones, quae nimirum prodierunt e quinta recensione Gothofredianarum notarum, triplo fere plures notas quam antiquiores illae praestant, quarum major pars recentioribus Gothofredianarum notarum recensionibus, minor Leeuwenio deberi videtur. Lipsienses, quarum eam, quae 1740 prodiit, coram habemus, Leeuwenianis, certe ei, quae Antverpiae 1726 typis exscripta est, quatenus comparavimus, nec addidere quidquam nec detraxere. Pauca illa in antiquioribus Gothofredianis editionibus extantia, quum etiam, quae iis insunt, locorum parallelorum laudationes, ex Accursii tantummodo glossa excerptae sint, leviusculi momenti sunt; posteriores autem editiones, quum potissimum auctorum recentiorum laudationes et ex eorum scriptis excerpta valde auxerint, passim aliquid habent, quod interpretationem adjuvet, aliunde non ita facile parandum. Indicum quoque alphabetici in titulos et paragraphos confecti utilitatem nobis praestabunt; ratio autem ordinis Institutionum earumque epitome absque damno negligentur.

Cum hisce editionibus eae Gothofredianae proxime cognatae sunt, quae licet sine glossa notisve integris prodeuntes, non omnibus tamen interpretationis subsidiis carent. Quarum examinavimus genuinam Gothofredianam a. 1589, pauculis notis levioris momenti instructam; et Freieslebenianam a. 1789, ob loca parallela diligenter collecta laudatam, quae autem ad Institutiones certe tale quid addidisse non videtur, quod apud Gothofredum quoque non extet [7]).

Gothofredianae glossatae, quarum antiquissimam a. 1589 adivimus, ut in contextu, ita in notis a non glossatis omnino diversae sunt. Contextui proxime circumdatae notae, glossae nempe Accursianae cum additionibus suis per mul-

7) Sunt enim, qui de toto corpore juris civilis aliud asserant.

tos annos tralatitiis, plane eaedem repetitae sunt, quae Lugduni (v. c. a. 1569, CXLVI) imprimi solebant; exterior autem margo, omissis iis, quae eundem antea occupare solebant, notas a Gothofredo denuo subactas antiquioribus, in quarum locum receptae sunt, minus copiosas habet. Sunt autem partim ex iisdem fontibus, scriptoribus nempe 13tii usque ad 15tum saeculum, partim e recentioribus sumtae, glossasque vel ea, quae Gothofredus ejecit, plerumque ita respicientes, ut paucis verbis, v. c. „inepte" et similibus ea vituperent. Quae omnia interpreti Institutionum nostri aevi nullum omnino fructum promittunt.

Baudozae editiones sine glossa (ad manus est antiquissima a. 1591) excerpta pauca e Glossa, Balduino, Hotomanno et similibus scriptoribus, a Gothofredianis diversa habent, quae, potissimum ob loca parallela, a Gothofredianis nonnumquam diversa separatim posita, non omnino negligenda erunt.

Ejusdem editoris glossata (a. 1593) Gothofredianae glossatae simillima, in iis quoque, quae exterior margo habet, minus a Lugdunensibus differt, v. c. ea, quae a. 1569 prodiit. Harum enim notarum levem tantum mutationem Baudoza praestitit. Quae nihil habet, unde interpres Institutionum utilitatem percipere posse videatur.

Borcholtenii „Commentarius," Helmstadii a. 1590 editus, postea aliquoties repetitus (Lovaniensis editio a. 1646 nobis ad manus est), verborum potissimum interpretationem diligenter et scite prosequens, passim nova protulit.

Giphanii „Commentarius" ex hujus viri sagacissimi praelectionibus primum a. 1596 editus, a. 1611, teste praefatione, adhibitis tribus codicibus in duobus potissimum ultimis libris, longe emendatius typis exscriptus est. Qua editione utentes, optima illo aevo ad Institutiones proferri solita ab auctore scite et luculenter redacta, iisque non-

nulla ipsi propria ad crisin quoque pertinentia ita immixta esse invenimus, ut ultima manus desideretur.

Vulteji „Commentarius," quo ex editione Marburgensi a. 1600 utimur (epistola dedicatoria annum 1598 refert), cum paucis notis criticis exegeticisque bene quidem conceptis, sed nihil novi praestantibus, dogmaticos potissimum excursus conjunxit.

Heigii „Commentarius" (Vitemberg. 1603) notissima tantum repetiit.

Rittershusii „Commentarius," inde ab 1608 saepe repetitus (ed. a. 1649 utimur), ita conceptus est, ut quodammodo Ludewigi et Morhofii laudem et Spangenbergii vituperationem [8]) simul mereri videatur. Protulit enim vir multae et variae lectionis e vero interpretationis Institutionum fonte, auctoribus nempe graecis et romanis, haud pauca remotiora, neque vulgo huc relata, verum quia ipse recto judicio plerumque valde destitutus esset, potissimum ejusmodi, quae ad veram interpretationem promovendam nihil conferrent.

Hunnii „Commentarius" (Giessae 1617) Vultejano similis, at ipso inferior est.

Broei „Expositiones in Justiniani Institutiones" (Lutetiae 1622) Ludewigi potius laudem, quam Hoepfneri notam [9]) mereri videntur. Sunt enim historiae potissimum juris dicatae enarrationes ad Institutiones, e multa doctrina ita haustae, ut nonnumquam Balduini thesauros augere videantur, ab interpretatione tamen proprie dicta plerumque remotiores. Quid Hoepfner viderit, cum existimaret, qui Vinnii commentarios habeat, hisce facile carere posse, plane nescimus: Vinnius enim a Broeo remotissime stat.

8) Vd. Spangenbergium l. l. pag. 311, ubi et Ludewigi et Morhofii judicium invenies.

9) Vd. Spangenbergii l. l. pag. 310.

§. 53. *Continuatio.*

Bachovii „Commentarius in Institutiones" primum a. 1628, postea aliquoties editus, quem ex altera editione, quae correctior dicitur, anni scil. 1661 ad manus habemus, neglectis iis, quae non proprie jus spectant (omisit v. c. totum Prooemium), cetera tam ex antiquitatibus juris, quam ex jure Justinianeo et eo, quod ipse pro naturali jure habuit, ita accurate et sagaciter interpretatus est, ut versatissimus in Cujacii, Contii, Hotomanni aliorumque optimorum auctorum operibus, haud pauca sibi propria adderet; neque satis intelligimus, cur de obscuritate nimioque subtilitatum amore hujus Institutionum interpretis queri soleant.

Tuldeni „Commentarius," qui Lovanii 1632 prodiit, ad interpretationem nihil conferens, compendiarius potius de jure civili liber est.

„Institutiones cum adnotationibus Locameri," Argentorati primum a. 1631 editae (vidimus editiones anni 1632 et quartam cum additionibus Rebhanii cur. Obrechte 1711). Notae, teste praefamine, ex interpretationibus Argentoratensium Doctorum Meieri et Bitschii sumtae, vulgatis paucula quaedam rariora, neque omnino rejicienda addunt.

Pacii „Analysis Institutionam," qua ex secunda editione (Lugduni 1638) utimur, Institutionum argumenta et vulgatissima ad eorum interpretationem afferri solita clare, at ita exposuit, ut nihil novi addidisse videretur.

Vinnius in „Notis et commentario" a. 1642 primum editis, a. 1576 (cujus anni editione utimur) teste praefatione correctis, ante et post hunc annum saepissime repetitis, Ludewigo recte referente, in plerisque Bachovium sequitur; ea autem, quae aliunde habet, paucis exceptis, vel notissima sunt, vel jurium ab Institutionum interpretatione alienorum expositionem praestant. Sermo itaque clarus

et facilis, quo haec concepta sunt, solus magnam, qua gaudet, huic libro laudem conciliasse videtur. — Cui quae Heineccius in suis editionibus addidit, separatim Francofurti ad V. 1732 typis mandata, maximam partem e recentissimorum interpretnm optimis libellis diligenter collecta, haud pauca, quibus non sine fructu uti poteris, complectuntur.

Grotii „Florum sparsio ad Jus Justinianeum" (Amstelodami 1643) ad Institutiones quoque nonnulla rarioris doctrinae specimina adspergens, minime insuper habenda erit.

Oostergae „Censura belgica in Institutiones," a. 1648 primum edita, quod ad jus romanum attinet, vulgata tantummodo at satis scite exponit.

Ungepauri „Exercitationes Justinianeae" (Jenae 1649) controversas quaestiones ad singula quaedam Institutionum capita more Aretiano tractant.

Merillii „Commentarius" a. 1654 in lucem emissus, postea nonnumquam repetitus, quo ex ed. Trotzii 1739 utimur, luculentam textus enarrationem principi gentis Borboneae habitam praestat, qua interpretationibus in vulgus notis nonnumquam aliquid novi, sed leviusculi momenti, ingenium potius quam studium prodens, admixtum invenies.

Franzkii „Commentarius" (Argentorati 1658) nihil, quod ad interpretationem faciat, habere videtur.

De Mureti, Marcilii et Costae „Notis," saepius a Watero (primum a. 1714) junctim editis [10]), quarum primae a. 1602, secundae a. 1610 primum prodierunt, quum ultimae demum a. 1659 publici juris factae prioribus longe antecellant, hoc potissimum loco agetur. Ei, quod ipse collectionis editor de hisce notis judicium tulit, similia

10) Hunc annum et epistola dedicatoria et editio, qua utimur, refert. Cf. Spangenberg. l. l. pag 312 et 308.

nos quoque invenimus, Mureti notulas, negligenter scilicet dictatas, rarissime aliquid praestare magno philologo non indignum, Marcilium saepius novas interpretationes, non quidem omnino rejiciendas, at haud raro paradoxas magis quam veras, Costam multa nova atque sagacia, plerumque contra Cujacium (sub nomine „doctissimi viri" latentem) pugnantia, protulisse.

Grevii „Dissertationes ad loca Institutionum difficiliora" Noviomagii 1663 et postea aliquoties editae, ad hodiernum juris romani usum saepius respicientes, interpretationi vix multum conferent. Qua autem de re, quum capita a nobis semper speciminis et comparationis gratia inspecta in hisce dissertationibus deficiant, nihil definimus.

Alteserrae „Brevis et enucleata expositio in Institutiones" a. 1666 edita, in operum editione Neapolitana a. 1777 tom. 7 repetita, interpretationes in vulgus notas [11]) forma rigida ac jejuna profert.

P. Voetii „Commentarius" Ultrajecti 1663 editus, dum, titulo et praefatione testibus, omnibus utilis esse vellet, nihil praestitit.

Fuchsii „Paraphrasis" (Duisburgi 1671) vulgatissimas res forma tam flebili proponit, ut praefatio melius de simili at quanto doctiori et meliori Cantiunculae opere tacuisset.

Schambogenii „Praelectiones," forsan primum Pragae a. 1676 editae, quas ex ed. Lovaniensi a. 1705 vidimus, vulgatissimis interpretationibus multa ab interpretatione alienissima adjecerunt.

Strykii „Annotationes" a. 1679 primum editae, qua-

---

11) Quae primus editor, Marotta, pro argumentis multae in graecis romanisque libris lectionis habuit, parum accuratae et saepissime vitiosae ex iis citationes, egregie ipsum fefellerunt.

rum 5tam editionem a. 1726 ante oculos habemus, vulgatis interpretationibus nonnihil, quo Institutiones cum hodierno jure jungerentur, neque per se magni momenti, neque interpretationem adjuvans, addidere.

Hoppii „Commentatio succincta," si fides epistolae dedicatoriae habenda est, a. 1693 primum edita [12]), centies dicta ne bona quidem methodo repetiit.

Harprechti „Commentarius," Tubingae a. 1709 primum editus, cum Angeli Aretini scriptis optime comparandus, interpretationi nullo modo, historiae praxeos illius aevi multum inservire videtur.

„Institutiones," quas Ferner de Ferenaw, praes. Aybliingero, Salisburgi a 1718 publico examini exposuit, forma dissertationis inauguralis commentarium infimi ordinis sistunt.

J. H. Boehmeri „Institutionum" editio, a. 1719 primum typis exscripta, annoque 1728 repetita, interpretationes ex antiquitatibus haustas, repetita editio praeterea epitomarum correctionem promisit, nihil autem novi praestitit, si inde recesseris, quod argumenta inde a Russardo et Pacio usitata hic ibi simpliciora et meliora reddidit.

Adnotationes, quas Ludovicius suae Institutionum editioni (a. 1723) addidit, interpretationes vulgatas forma aliquantulum mutata denuo proponunt.

Ottonis „Notae et commentarius," a. 1729 primum typis exscripti (quibus ex Iselii editione a. 1760 utimur), ex optimis recentissimisque tam juridicis quam philologicis libris optima quaeque ad Institutionum interpretationem facientia probe excerpta, passim cum propriis, quae illis aliquatenus inferiora esse videntur, mixta, magno interpretis commodo collegerunt.

Koehleri Institutionum editio (a. 1772) editoris criti-

---

12) Spangenbergius l. l. pag. 323 habet annum 1683.

eas notas, paucas quidem, at novas et bonae farinae habet.

Quae autem cum hac editione proxime juncta est, in editione corporis juris civilis Gottingensi extans (a. 1776), excerptis e Mureto, Marcilio, Costa, Ottone propria tam pauca tamque parvi momenti immiscuit, ut ab eo, cui Costa et Otto ad manus sunt, propter notas exegeticas evolvi vix mereatur.

§. 54. *De ceteris interpretationis Institutionum subsidiis.*

Praeter justos commentarios et editionibus Institutionum adjectas adnotationes, quas hactenus recensuimus, ex aliis quoque libris interpretationis subsidia sperari poterant, de quibus jam paucis agendum est.

I. Versionum gallicas et germanicas aliquot examinavimus. Illarum antiquissima, nobis e codice Argentoratensi nota, tam parum accurato antiquitatum studio innixa est, atque ita fere verbum verbo reddit, ut ad Institutionum interpretem nulla inde utilitas pervenire posse videatur. Recentiore, Telii (Du Teil), cujus editione Parisiensi a. 1655, et Ferrerii (Ferriere), cujus editione item Parisiensi a. 1692 usi sumus, gallici sermonis genio magis indulgentes, haec paraphrasin potius quam versionem praestans, tamen, quatenus eas comparavimus, minime ita attento ad libelli nostri difficultates animo facta videntur, ut interpres latini sermonis haud ignarus fructum inde percipere possit.

De germanicis versionibus similia valent. Antiquissima nobis cognita, cujus mentionem supra fecimus [1]), Accursii glossas textui nonnumquam immiscens, ceterum ejusdem fere farinae est, cujus gallica antiqua.

Ea, quam Ortholfus Fuchsperger, Ditmoningensis, a. 1536 edidit (utimur editione Augustana ejus anni), passim glossas aliasve interpretationes textui immiscens, non sine accurato ac felici studio facta, voces ac phrases se-

1) §. 22. pg. 142.

cundum verum linguae germanicae genium vertendi, tamen antiquitatum juridicarum scientia penitiore destituta, vitiis apertis non omnino immunis, interpretem nostri aevi vix umquam vere adjuvabit. — Gobleri versio, primum a. 1551 typis exscripta (qua ex editione a. 1563 usi sumus), a vitiis apertis, ut videtur, libera, ceterum similem et laudem et notam meretur ei, quam Fuchspergerianae tribuimus. — Recentissima versio, quae celato auctoris nomine Lemgoviae a. 1765 edita est, inter omnes typis mandatas infimum locum occupare nobis videtur: vitia enim haud pauca extant, neque umquam studii bene germanice scribendi quodammodo felicis vestigia deprehendimus.

II. Rejectis itaque versionibus Institutionum alios et impressos et msctos libros adivimus, qui, Institutionum ordine concepti, licet ad nullum tale genus, quod hactenus examinavimus, pertineant, tamen talia comprehendant, quibus totius Institutionum operis vel multarum ejus partium interpretatio adjuvetur, quorum praecipuam partem interpretationum indices occupant.

„Novae observationes Batavae" tomis quinto et sequentibus codicum duorum lectiones non sine criticis Reitzii notis exhibent, quas, licet fugitivo calamo potius fusas quam accurate scriptas, tamen haud sine fructu inspicies.

„Ephemerides deinde Vindobonenses" (Wiener Literatur-Zeitung) a. 1812 Bienerianarum Institutionum crisin publici juris fecerunt, ob generales non modo, sed speciales etiam de singulis paragraphis haud paucis observationes utiliter inspiciendam.

Ex indicibus interpretationum nobis obvii sunt DelRii „Miscellanea" (primum a. 1590 edita), studio Brossaei aucta, quorum editione Lugdunensi a. 1606 utimur. In quo opere, praefatione teste, minor cura in Institutiones, quam in ceteras corporis juris civilis partes impensa est. Laudationes auctorum a graecis romanisque scriptoribus

incipientes in Alciato, Contio, Cujacio desinunt, quibus in exemplari, quo utimur, a Buenemanno haud paucae e Donello Hilligeriano et Lyclamae membranis, paucae ex aliis scriptoribus additae sunt.

Hommelii „Corpus juris cum notis variorum" (Lips. 1768) Institutiones non minori cura, fortasse, quum operis initium inde fieret, majore quam Digesta tractavit. Quare ex usu hujus libri, quamvis a perfectione mirum quantum remoti, tamen haud parvam utilitatem percipere posse speramus. Quae augebitur additionibus msctis quorundam hujus libri possessorum, Bischofii nempe, apud Hildesienses, dum viveret, literatissimi urbis syndici, a Chr. Aug. Günthero, ejus exemplaris nunc domino, liberalissime nobis transmissis [2]), et Heisii per plures annos ab ipso diligenter collectis, quae ejus in nos benevolentia est, benigne nobiscum communicatis [3]).

Hauboldi denique „Manuale Basilicorum" (Lipsiae 1819) non tantum, quo facilius Graeci juris ad Institutiones pertinentia capita inveniantur, sed etiam ob multorum recentiorum auctorum in ceteris indicibus magna ex parte non obviorum capita ad corpus juris civilis aeque ac ad jus graecum pertinentia in hoc libro excitata, non sine magna utilitate evolvetur.

III. Quae post haec omnia supersunt interpretationis subsidia, v. c. libri de verborum significatione scripti, vel singulorum capitum rerumve expositiones, ejusmodi non sunt, ut opportune hoc loco recenseantur; operam autem dabimus, ne ea quoque ibi negligantur, ubi utilitas inde,

---

2) Excerptae sunt ex Eckhardi et Walchii, Maiansii, Marckarti, Püttmanni, Pufendorfii, Sammeti, Voordae aliorumque nonnullorum libris.

3) E Cannegietero, Contio, Eckhardo, Fellenbergii collectione, Maiansio, Püttmanno, Reinoldo, Teisterbanto, Voetio et aliis.

quae haud raro maxima erit, percipi poterit. Id autem, ne ingrati simus, hic addendum est, Riedelium Gottingensem notarum ad nonnulla Institutionum loca ex accurato, quo ipse excellit, studio oriundarum, quas suis locis in usus nostros vertere non omittemus, copiam nobis liberaliter fecisse. Simul ipsum et alios, ut idem facere vel pergant, vel incipiant, invitamus.

§. 55. *Quaenam subsidiorum in antecedentibus recensitorum a nobis adhibenda videantur, et quomodo?*

Superest, ut ex omnibus illis subsidiis, quae nostro fini optime conveniant, eligamus, et quomodo eis usuri simus, indicemus. Quum autem potissimum ex antiquitatibus interpretationes hauriendae sint, earumque nonnulli libri reliquias inde vel potissimum vel unice hauriendas sistant; alii thesauros eo pertinentes collegerint; alii fructus inde pervenientes vel excoluerint vel divulgarint; alii denique aliunde quam ex antiquitatibus sua plerumque satis futilia hauserint; vel indices aliave singularia quaedam utilia scite adjecerint: hinc inferendum erit, quinam libri a nobis, ratione habita vel totius operis vel singularum quarundam rerum, vel ubique vel passim adeundi, vel plane respuendi videantur.

Praeter Caji Institutiones cum suis subsidiis supra recensitis Theophili paraphrasis (ex ed. Reitzii) et glossae Ante-Bononienses, Taurinensis et Bambergensis, quibus reliquias antiquitatum ad nostrum propositum spectantes alibi non extantes inesse partim scimus, partim sperare licet, accurate inspicientur.

Glossarum Bononiensium non negligemus Irnerianam bene ordinatam, quae in Taurinensi codice (LXXXV) extat, et eam, quae sola variantes lectiones praestare videtur, ad Martinianum aevum a nobis relatam, in Monacensi codice (CXVII) extantem, Azonisque Summam in nonnullis fortasse utilem, quae, quia typis exscripta est,

sine molestia conferri poterit; ratione Authenticarum autem habita nullam eas habentem, quae quidem ad manus est. Adhibebimus deinde Accursianam glossam (e Chappuisiana Institutionum editione), cum ob criticum ejus usum, tum ob interpretationes e ceteris corporis juris civilis partibus petitas.

Rejectis deinde futilibus illis, quae saecula 14tum et 15tum genuerunt, solius Voerdae commentarium passim inspiciemus, non solum ubi Accursius interpretatione indiget, sed etiam ut capita juris canonici in crisi Institutionum adhibenda inde patefiant.

E magno numero serioris aevi commentariorum libri sequentes, ut nova certe nonnulla exhibentes, ceteris praeferendi videntur.

Cantiuncula et Ferrarius, ut primi, qui saniorem interpretationem toti Institutionum libro, vel certe magnae ejus parti adhibuerunt, passim inspiciendi;

Ferretti editio, propter crisin de novo additam utilis;

Baro et Trehetius, superioribus pauca adjicientes, passim, ubi vacabit et conducere videbitur, adeundi;

Balduini „Commentarius," ut ditissimus antiquitatum huc pertinentium thesaurus, numquam negligendus;

Hotomannus (ex ed. a. 1567), ob augmenta thesauro Balduini addita, continuum Ulpiani et Theophili usum diligentemque, licet saepius infelicem, vel minima spectantem attentionem utilis;

Hopperi editiones, propter pauca nova adjecta interdum adeundae;

Cujacii „Notae priores" et „posteriores," semper excutiendae;

Borcholtenii „Commentarius," nonnulla nova a recentioribus interpretibus parum curata habens, saepe a nobis adeundus;

Giphanii „Commentarius," eodem fere loco habendus;

Rittershusii „Commentarius," ob nova quaedam, at plerumque sine judicio delecta, rarius inspiciendus;

Broeus, ob nova quaedam, sed ab interpretatione plerumque remotiora, si exemplaris, quo usi sumus, dominus, Griesinger, hoc libro inter rariores merito relato in nostram gratiam diutius carere poterit, interdum consulendus;

Bachovius, ob frequentem optimorum scriptorum usum ipsiusque auctoris sagacitatem utilis;

Locameri editio, propter paucula quaedam nova hic ibi evolvenda;

Vinnius ipse, rarius in consilium adhibendus, Heineccii autem ad eum additamenta numquam negligenda;

Grotii parvus libellus, haud negligendus;

Merillii commentarius, ob nonnulla ingeniose dicta interdum adeundus;

Costa, ob doctas Cujacianarum interpretationum crises numquam negligendus;

Grevii „Dissertationes," dum conjectura nostra de minimo (ne dicamus nullo) earum ad interpretationem momento confirmata erit, inspiciendae;

Koehleri denique „Notae" paucae, at minime negligendae.

Hisce commentariis, qui singuli aliquid novi praestant, pauci tantum eorum addendi videntur, quibus aliorum tantummodo interpretationes repetuntur. Editiones enim Chappuisianae, Hugonis a Porta a. 1549 multaeque recentiores, eam vel pro parte vel omnino repetentes, quarum e numero Gothofredianae quoque et Baudozianae glossatae sunt; Sylvestri Aldobrandini cum Messaggianis et Cornellianis; eae, quibus praefatio „Cogitanti" praefixa est; Crispini, Crispini et Pacii; Mynsingeri apotelesma, et quae sunt similia, in historia interpretationum divulgatarum literaria nonnullius momenti, interpretem ipsum parum adju-

vabunt. Eae autem, quae Gothofredianis editionibus non glossatis adjectae sunt, nonnumquam ea excerpentes, quae sine illarum ope fortasse negligerentur, potissimum autem Ottonis commentarius e bonis auctoribus multa scite excerpens, semper ad manus erunt.

Quibus proxime jungendi sunt interpretationum indices DelRii, Hommelii, Hauboldi, qui cum suis additionibus msctis, quum singulares in observationum collectionibus similibusque libris extantes interpretationes saepe optima praestent, numquam negligentur.

Singularia quaedam ad Interpretationem utilia e sequentibus libris, ubi opus erit, sumemus.

1) Fontium laudationem a ceteris notis separatam, quatenus eo tempore cogniti erant, exhibent Trehetius in sua Baronianae editionis repetitione a. 1562, ita ut capita Institutionum aliunde petita signis citandi distinguantur, in margine vero fontes laudentur; editio Coloniensis apud Quentelium a. 1565 in margine; Koehleri denique editio (a. 1772) ibidem. Quae fontium laudationes, quum a se invicem pendere non videantur, eo certius, ubi tali examine opus videbitur, altera alterius correctionem vel supplementum praestabunt.

Caii Institutiones, i. e. uberrimum Institutionum fontem, demum Du Caurroy (in editione a. 1821) laudare potuit.

2) Loca parallela ab Accursio jam diligentissime adnotata, sigillatim primus Baudoza in editione non glossata a. 1591 excitavit, Gothofredus inter reliquas notas, Freieslebenius in editione corp. jur. civil. a. 1789 solas, at in Institutionibus certe e solo Gothofredo excerptas. Haec sigillatim ante oculos habere nonnumquam utile erit.

3) Argumenta (Summae), quae interdum non sine fructu inspicientur, praeter antiqua in Chappuisianis editionibus optime obvia, alia aliaque Sylvester Aldobrandinus, Hotomannus, Contius, Russardus concinnaverunt,

quae ultima a Pacio et recentioribus saepius repetita, a Boehmero hic ibi emendata sunt. Haec Russardo-Boehmeriana optima esse, proximumque ab iis locum Hotomanniana occupare videntur.

4) Indices denique alphabetici a) titulos complectentes ubique extant; b) paragraphorum ad lectionem auctorum decimi sexti et priorum saeculorum utilissimi e Leeuwenianis editionibus (iis quoque, quae Lipsiae prodierunt) peti poterunt; c) rerum et verborum, qui in antiquioribus editionibus, et ad totum corpus juris civilis in Gothofredianis glossatis extant, vel omnino vel potissimum glossam Accursianam spectantes, a nobis merito negligentur; quos autem Cujacius praestitit, supra accuratius indicati, omnino, ubi fieri poterit, correcti et emendati, repetendi videntur.

## IV. Editionis specimen.

1. Institutionum Prooemium.
2. — — — lib. 1 tit. 10 de nuptiis.
3. — — — lib. 2 tit. 25 de codicillis.

Praemittitur explicatio siglarum.

---

### Explicatio siglarum in adnotationibus adhibitarum.

I. De codicum et editionum notis v. pag. 136. 137. 36 sq. 192. 193. 224 sq. 156 sq. et Addenda, his autem mutatis vel additis: repertis antiquis Institutionum fragmentis Casinensibus, fecimus, ne chronologicus ordo occultetur (ad pag. 137.):

cod. b Montis Casini saec. 10.. CXXVI... Add.

codd. c. ..n, qui pag 187 audiunt b... m, ita ut, si scire velis, de quonam codice indicis p. 137 sermo sit, proxime antecedens litera inspiciatur.

Diximus deinde

Co. R.Ho.Cu. pro Contii, Russardi, Hotomanni, Cuiacii uno,
CC. RR. Hoo. Cuu. pro eorundem aliquot,
CCC. RRR. Cuuu. pro omnibus.

Reliqua subsidia sic notavimus:

AB, collectionis canonum Anselmo dedicatae codicem Bambergensem,

AP, ejusdem collectionis cod. Parisiensem,

AM, ei. collect. cod. Metensem,

AAA, AA, A tres, duos, vel unum horum codd. (cf. pag. 130.)

Cs.1. collectionis canonum Caesar-Augustanae cod. Paris. 3875.

Cs. 2 ejusdem collectionis cod. Paris. 3876.

Css. utrumque (cf. pag. 152.)

Ig. 1, Ig. 2, Ig. 3, Ig. 4 collectionem ignoti auctoris saec. 11mi e codd. Paris. 3858, 3858 A, 3858 B, 4282; Igg. ex omnibus (cf. pag. 152.).

IvD. Ivonis Decretum, IvP. ejusdem Pannormiam, IvDP. utrumque (cf. pag. 152 153.).

cod., codd., codicem, codices; ed., edd., editionem, editiones.

Numerus parenthesi inclusus significat, tot codd. eorum, quorum lectiones plerumque ad manus sunt (1.. 28. 30. 31), vel edd. 1.. 10, quarum antiquiores speciatim laudasse sufficere visum est, lectionem aliquam agnoscere, v. c. codd. 1. 3. (15), i. e. 15 codices (quorum antiquissimi 1. 3.) ita legere.

rell. reliqua et quidem, nisi contextus aliud jubet, omnia reliqua subsidia codd. edd. etc. significat.

*def.* pro *deficit*,

*ext.* pro *extat* in subsidiis ita adhibuimus, ut, ubi deficit, quod plerumque extat (v. c. unus vel alter codicum 1... 28. 30. 31), *def.* (deficere), ubi extat vel nobis ad manus est, quod saepius desideratur, *ext.* (extare) diceremus.

a, r, v. ad cod. adiectae (v. c. codd. 1a. 2r. 3v.) significant codicis antiquam, recentem (e correctione), vel variantem ibi notatam lectionem.

§ II. In lectionibus notandis usi sumus numeris ad significandum ordinem mutatum, ita ut v. c. praed. vir. prud.] „3. 2. 1" significet: *prud. vir. praed.*

III. In aliis locis citandis haec observavimus: Corporis juris civilis capita methodo p. 19 indicata allegavimus; praefationes sic:

Pr. I. Prooemium Institutionum;

Pr. D. 1. Praefationem Digestorum primam, al. dictam constitutionem de conceptione Digestorum, ad Tribonianum; Deo Auctore, quae extat quoque C. I, 17. l. 1;

Pr. D. 2. Praef. Dig. 2., al. dictam constitutionem ad Antecessores, Omnem reipublicae;

Pr. D. 3. Praef. Dig. 3., al. dictam const. d. confirmat. Dig., ad Senatum, Tanta, quae extat quoque C. I, 17. l. 2;

Pr. D. 4. Praef. Dig. 4., al. dictam const. Δέδωκεν, Dedit, quae extat quoque C. I, 17. l. 3;

Pr. C. 1. Praefationem Codicis primam, alias dictam constitutionem de novo codice faciendo, Haec, quae;

Pr. C. 2. Praef. Cod. 2, al. dictam const. d. Justin. Cod. confirmando, Summa reipublicae;

Pr. C. 3. Praef. Cod. 3, al. dictam const. d. emendando codice Justinianeo, Cordi nobis;

Prr. D., C. praefationes Digestorum, Codicis;

Prr. praefationes Inst., Dig. et Codicis.

Codicem Justinianeum plerumque solo C. signavimus, ubi autem Theodosianus et Justinianeus adhibendi erant, ille C. Th., hic C. J. audit.

h. more ICtorum ita adhibuimus, ut eum titulum significet, in quo occupati sumus, vel ei respondentem aliarum corporis juris partium, v. c. in notis ad titulum Institutionum d. nuptiis:

h. §. 6. Institutiones hoc titulo (I, 10) §. 6;

D. h. l. 2. Digestorum hoc titulo (XXIII, 2) l. 2;

C. h. l. 10. Codicis hoc titulo (V, 4) l. 10.

Ne autem obscuritas hinc oriatur, ad initium tituli, nisi ubi unus tantum titulus partis alicujus ut parall. allegandus erat, semper notavimus, quinam aliarum partium tituli nobis, ut proxime cognati, hi tit. audiant.

Item ICtorum more f. nobis est *finis* vel *finalis*, ut l. 4 in f. l. 4 in fine, §. f., paragraphus finalis.

In commentariis, lexicis similibusque libris citandis id compendium adhibuimus, ut solum auctoris nomen, ejus ad hunc locum commentarium, vel hujus vocis expositionem, v. c. in J. I, 10. §. 11. v. Pandectis occupatis, *Otto* ejus commentarium ad hunc locum, *Brissonius* ejus opus de verborum significatione v. Pandectae significet.

Sunt deinde *Cai.* Caii Institutiones ex editione Goeschenii;

*Cai. Visig.* Caius Visigothicus, sive Caii Epitome;

*Ulp.* Ulpiani liber singularis regularum, sive fragmenta;

*Paul.* Pauli receptae sententiae;

*Coll.* Collatio legum Mosaicarum et Romanarum,

omnes in juris Ante-Justinianei collectionibus prostantes.

*Th.* Theophili paraphrasis Institutionum, e Reizii editione.

*Reiz.* Reizius ad Theophilum.

*Reiz. misc. obs.* idem in miscellaneis observationibus novis Batavis tom. 5. p. 331 sq. tom. 6. p. 539 sq. tom. 7. p. 745 sq.

*Acc.* Accursii glossa.

*Sch.* Schwarzii scholia philologica ad Prooemium Institutionum, in ejusdem exercitationibus.

Ceterae citationes, ut Cic. Liv. pro Cicerone, Livio etc. cuivis intellectu faciles erunt.

IV. Reliquae siglae praeter eas, quae apud multos scriptores ita frequentes sunt, ut earum enumeratione non opus videatur, hae sunt:

add. addit.
al. aliter etc..
coni. coniicit, coniectura.
del. delet.
f. *) significat fontem, f. r. fontem remotum,
h. l hoc loco,
Just. Justinianum,
l. c. locum citatum, legem citatam,
leg legit,
p. locum parallelum, et, ubi distinctio utilis videtur,
p. s. parallelum quoad sensum,
p. v. parallelum quoad verba,
s. sive,
sc. scilicet,
sim. similiter, similia,
v. vocem, vocabulum.
W. Wenckii notas msctas, nobiscum benevole communicatas.

---

*) Haec nota licet tria diversa significet, codicem dictum f, finem tituli vel paragraphi, et fontem, tamen confusio vel obscuritas hinc vix umquam metuenda erit, et ubi tale quid evenire poterit, plena scriptione vitabimus.

# I.

In nomine domini nostri Jesu Christi.
Imperator Caesar Flavius Justinianus, Alamannicus,

---

*Prooem.* Def. cod. 2. ed. 2. usque ad §. 3. *ingred.*; ext. codd. a (inde a §. 5. *ab imp.*) CXXXIV. c...n. 29., multi alii codd. et edd. secundum collationum specimina et secundum Schwarzii schol. philol. — p. Pr. D. et C. — *Rubrica* nulla praemittenda cum codd. a (index titul.) et plerisque, edd. 1. 3. 10 Ha. Cu. Audit προοίμια Pr. D. 4. §. 11.; *prooemium* codd. 16. 20 (5) edd. 4...9 (post inscript.), edd. Co. Goth. Cost.; *oratio* Pr. D. 3. §. 11.; ἡ διάταξις, ἡ βεβαιοῦσα τὰ Ἰνστιτοῦτα Th. (v. tamen Reiz exc. VI.), simil. Pr. D. 3, Pr. C. 2, edd. Co. Goth.; *epistola Just.* cod. LXXXV. in titulor. ind.

In nom..... juvent.] Def. Th. codd. 3...5. (9). — p. Inscr. Trapezuntina a. 533 (?) (ap. Montfaucon. palaeogr. gr. 174), Just. rescr. ad Narsetem (Cuiac. observ. X, 12), Pr. D. et C., C. I, 27. l. 1., N. 17. 43. 134. 139. — In... Christi] Def. cod. 21, edd. Ha. Ho; ext. quoque, eius aevi more (cf. Balduin., Water), in plerisque pp., ibi tantum omissum, ubi brevitati studebatur. — Imp.... Aug.] Haec singula inde a primis imperii temporibus passim adhibita; mos vero tot simul nomina usurpandi vix ante Just. invaluit, qui ipse demum a. 533 a victoriis desumtas denominationes addidisse videtur. Cf. inscriptionum thesauros et P. C. 1. — In codd. magna perturbatio; inscr. Trapez. et cod. Flor. P. D. maximus usus criticus; Spanhemius de numism. diss. 12. optimus interpres. — Imp.] Inde ab Julio Caesare nomen principatui significando solenne (Dio Cass. XLIII 44. Reim.), ne a Byzant. quidem imperatoribus, si C. Th. et J. fides, in rescriptis umquam omissum. Aliter in numis et lapidibus, Spanh. p. 403. — Caesar] Ab initio agnomen, mox Imperatoris ejusque collegae successorisve designati titulus, apud exteras gentes prae ceteris celebratus, Procop. d. bell. Pers. II, 21. N. 30. Pr. — Flav.] Nomen gentil. multorum inde a Diolectiani aetate Caesarum, mox Augustorum, Constantini et seqq., postea ab aliis quoque familiis servatum. Har-

Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclutus, victor ac

---

duini chronolog. ex numism. restit. (opp. sel. pag. 429 sq.); *Slavius* Alciati parerg. V. 3. ed. Che. — — Alam... Afric.] Agnomina, quasi devictis illis gentibus, sibi indita, quod aegre tulit rex Francorum (Agathias lib. 1. ed. Paris. p. 15). Ab aliis Just., ab aliis ejus antecessores victorias reportarant: nam haec quoque hereditaria. — Inserunt codd. 24. XXXVI. al. *Italicus*, contra optimos libros omnemque, in civibus antiquissimis, speciem veri. Cf. Spart. Sever. c. 9. fin. — Alamann... German.] Nomina hered. (Spanh. p. 502 sq., Gruteri inscript., Vopisci Probus c. 11). — *Alamann. Goth.* scripsimus auctorr. numis e Constantini aevo, Eckhel VIII, 83. 84. 100. Lapides et libri scripti, praeter hanc orthographiam, etiam *Ale, man, Gotth.* habent. — *Francicus* codd. 6. 10. (12), edd. 1.. 10 Che., lectio forte a librariis Gallicis, hoc agnomen aegre ferentibus, oriunda, similis interpretationi ridiculae Jo. Fabri in recentioribus edd. glossatis obviae. — Ant.] Antas ad Istrum Just. devicit, Procop. bell. Goth. III, 40. Hoc agnomen, populo illo paucis innotescente, raro in codd. servatum, 10ª. 12ʳ, IV. XII. LI al., adstipulante Flor. Pr. D., post Alciat. parerg. V, 3. edd. Ha. Ho. Co. Cu. receperunt. Alii codd. 14. 23 (5) omiserunt, plerique 1. 6. 11 (11), edd. 1... 10. Che. habent *Attic.* Quae lectio vulg., quum ex inscr. Trapez. *Parthicus*, Spanhemii (p. 504) *Ponticus* vix oriri potuerit, *Ant.* praeferendum. — Al. Vand. Afr.] Ad victorias Belisarii in Africa pertinet, ubi cum Vandalis Alani vivebant. Histor. miscell. 14 (Murator. I, 94) p. N. 30 c. 11 §. 2. — *Alan.* ut verbum minus notum def. 11, 14 (10), edd. 1. 3 (4). — *Africus* Inscr. Trapez. codd. 20. n. edd. 1. 3., contra antiquissimum, a Scipionibus ortum, usum. — — pi. fel.] Ut causa et effectus jungi solitum. Gruteri inscr., p. 270 sq. Probi notae. Codex LXXXVII. et ed. 1 eadem mente *ac* s. *et* inseruerunt. — V. *Pius* a regibus oriental. primus Ant. Pius sumsit, Spanh. p. 434, ad quem Just. respexit N. 78. c. 5. — V. *felix*, Sullae primum tributa, inde a Commodo increbuit. Spanh. p. 441. — inclut.] Ante Justin. minus frequentatum. Trivorius c. 31. §. 5. — vict. ac triumph.] *invictus*, *invictissim.* inde a Claudio (Grut. l. c. p. 276 sq., Capitolin. Maxim. et Balbin. c. 17), *triumph.*, *vict.*

triumphator, semper augustus
cupidae legum iuventuti.

Imperatoriam majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam: vt vtrumque

*ac tr.* inde a Constantio (Grut. p. 280 sq.) frequentatum, licet triumpho vero diu intermisso, qui anno demum 534 Belisario concessus est. Proc. b. Vand. II, 9. — *magnificus* add. cod. 19, p. inscr. Grut. p. 285. 6. — semp. aug.] *aug.* adjectivi naturam, certe pro parte, semper retinuit, quod Graecorum usus, adhuc Just. aetate σεβαστὸς vel σεβαστὸς Αὔγουστος dicentium, Inscr. Trapez., Pr. D. 4. probat. — Mos honoris epitheta exaggerandi haud rarus (*maxim.*, *perpet. victor.* Grut. p. 283); *semper aug.* inde a Diocletiani, praesertim Constantini temporibus dicere amabant (Grut. p. 279. 283 sq.), at, si inscriptionum distinctioni fides, ut duas voces. Aliter Spanh. p. 384. — — juv.] Add. S. codd. 11. 19 (4), sim. edd. 1. Che. Russ. Co., quae deficere etiam gloss. cod. 1 et sim. Acc. confirmat. An talia epistolis ad universitates aliasve fictas personas non addendi Justinianeo aevo mos fuit? cf. Pr. D. 1. 2; 3. 4. Usus antiquior variavit. Treb. Pollio Claud. 7. Vopisc. Aurel. 41. Florian. 5. Firm. 5. Car. 6. — Imp. Mai.] p. σέβας Aeschyl. Choëph. v. 55. 154. Horat. ep. II. 1, 257. Spart. Ael. Ver. 2. D XXVIII, 5. l. pen. XLVIII, 4 l. 7 §. 3. Seriore aevo hoc et sim. verba (*magnitudo*, *celsit.*, *numen*, *serenitas*, *tranquill.*, *perenn.*, *aetern.*, *piet.*, *clementia*) valde frequentata. Symmach. X, 23 (16), Cod. Theod. Fragm. ed. Closs. I, 5 l. 8; I, 6 l. 4; I, 15 l. 8, C. J. I, 4 l. 3. 10, X, 15 l. 1. XI. 9 l. 2, XII, 16 l. 1. Nulla vocum istarum, quod et magna earum varietas impedivit, simpliciter pro Imp. adhibita. cf. quoque Du Fresne v. *majestas*. Nostro certe loco *princ. rom.* inde distinguitur. — — non sol... arm.] p. Pr. C. 2 pr., N. 24 c. 1. — *arm. dec.* p. Horat. carm. saec. 61; Enn. ap. Gell. XVI, 10. Virg. Aen. XII, 344. Cic. in Caecil. 15. — *leg. arm.* p. Cic. d. har. resp. 4. — *arm. armat.* verborum lusus, aegre ἀντιμεταβολὴ vel χιασμός. Al. Acc., Cui. obs. IV, 14. — *sed et* codd. CXXXIV. XXXII. LIV. — — utr... pac.] Totius reip. administrandae divisio in belli et pacis artes, ap. vett. frequentissima, huic loco valde apposite occurrit Lucian. Paräs. §. 39, Theon. Soph. progymn. ed. Camer. Bas. 1541. p. 114. sim. C. Th. ed. Closs. (Gest. Sen.) p. 1. l. 18. — *bellor.* Th. πολέμυς, singul. *pacis* melius re-

tempus, et bellorum et pacis, recte possit gubernari, et princeps Romanus victor existat non solum in hostilibus proeliis, sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellens, et fiat tam iuris religiosissimus, quam victis hostibus triumphator.

1 Quorum vtramque viam cum summis vigiliis et summa providentia, annuente Deo, perfecimus. §. Et bellicos

spondens. Plur. pleno Just. stilo convenientior. — — vict.... proel.] „3. 4. 5. 6. 7. 1. 2" edd. Che. Ha. Co. — cf. Sch. — — exist.]... *ens* ed. Co. — — leg. tram.] p. Pr. D. 1 §. 1 poësin prosae miscendo pro *via juris* D. XLII, 8. l. 22. — cal. iniq. exp.] p. N. 13 c. 6. §. 1 inf. — *calumn.* i. e. fraudulosorum, non unice circa lites; minime autem omnium delinquentium. Cf. Forcell. et Brisson; al. Acc. — *iniquitatem* codd. 1. CXXXIV. (8) edd. 3. 10, Th. et all. Lectio... *tes* Just. stilo convenientior. — *expellens* legunt Th., codd. 1. 3. CXXXIV. (10), CC, RRR. Cui. not. pr., edd. Co. Ho. Cui., durior constructio, unde rell. libror. *expellat* ortum videtur. Al. Sch. — *repellat* Fer. marg. — et] def. codd. 3 CC (?) RRR (?) ed. Co., etiam contra Th. et interpunct. cod. 1. — — jur. relig.] f (?) D. XXXI. l. 67 §. f.. H. l. autem, ut summus κλίμακος gradus sit, triumphatori respondens, alio sensu, quasi *juris sanctissimi sacerdos* cf. D. I, 1 l. 1, quae significatio *religiosi* est (v. lexica). Ita Th. et gloss. cod. 1. *i. e. sanctissimus.* Similiter cod. 1a. *jure rel.* Al. Marcil. — — triumph.] Addunt *magnificus* codd. 10. 13. (6), edd. 1. 3. (6) Che. Ha. Propter omnium antiqu. consensum omittendum.

§. 1. Quor.... viam] *Quorum i. e. quarum rerum* gloss. c. 1. In qua interpretatione nonnullos haesisse miramur. Marcil. „ex antiquis libris" *qu. itinerum v.* suadet; Barth. de soloecismo loquitur. v. Sch. — — summ. vig.] His omnino excelluit, Proc. hist. arc. c. 12 fin., c. 13 fin. et inscript. ab editore ad c. 10 prolata, d. aedif. I, 7; N. 8. pr., N. 30 c. 11 §. 2. — — et summa] *sum.. que* codd. 11. 25 (4), edd. 3.. 10. Ha. Cui. — — provid.] *dilig.* codd. 1. 6. 12a. 14. RR., *prud.* cod. 4: Th. *prov.* indubie expressit. — — ann. D.] p. C. I, 27 l. 2 §. 4; l. 1 §. 1. 8 l. 2 §. 4. 7. — Th. συνεργοῦντος cod. h. *adjuv.* parum firmat. — *Domino* codd. 11. 12 (4), ed. Ferr. — „2. 1" Th. codd. 6, i., qui ordo alibi frequentior est, Pr. D. 3 §. 21, C. I, 27 l. 1 §. 1. 8. l. 2 §. 4. 7. 13. 18. 19. — perf.] Mos im-

quidem sudores nostros barbaricae gentes sub iuga nostra deductae cognoscunt; et tam Africa, quam aliae innumerosae provinciae post tanta temporum spatia nostris victoriis, a caelesti numine praestitis, iterum ditioni Romanae nostroque additae imperio protestantur. §. Omnes vero populi legibus tam a nobis promulgatis quam compositis re-

---

perator. plur. numero de se ipsis loquendi inde a Constantini aevo increbuit. Plin. ep. L. X. C. I, 18 l. 1; I, 19 l. 2; I, 40 l. 2. 3. 4. — — barb. gent.] p. C. 1, 27 l. 2 §. 3. provinciis et provincialibus oppositae, p. Auct. belli Hisp. 17, Tac. Germ. 33., C. l. 29 l. f. VII, 63 l. f. pr.; terrarum diversitas h. l. nulla indigitata: nam ubicunque Just. bella gessit, barbari sedebant. — — jug. nostr.] *i-o n-o* codd. 4. 5. 19. m, sim. Liv. III, 28. — — ded.] *reductae* cod. XXXV. cf. Acc. *redactae* Hal. — — Afr... prov.] p. Pr. D. 3 §. pen. in f. — *Afric.* Proc. b. Vand. I, 27. Hanc vocem pro Africae una provincia interpretari usum loquendi offendit. Al. Giph. —*aliae* etc. modeste a. 533 dici vix poterat: Romanor. autem in talibus arrogantiam quis ignorat, quibus pacem a. 533 a Persis, multas provincias infestantibus, emtam (Proc. b. Pers. I, 22) sic describere licuit. cf. pr. D. 3 §. pen. — -*inn.* negationem agnoscunt cum Th. libri plerique, rejiciunt (*numerosae* legentes) codd. 1. CXXXIV. 6.a 12a RR. et alii nonnulli (v. p. LIV. n. 27), edd. LVII (?) LXXVII. Ho. Co. Cui., Just. sc. modestiores. *innumerosae* plerique habent, *innumeratae* codd. 13, *innumerabiles* codd. 20. 30., *innumerae* codd. LXIII. LXVII. edd. Che. Ha. Primam formam, ap. Plin. H. N. X, 64 (edd. Rom. 1470. 73. Parm. 1483 ed. Hard. *numeros.*) et scriptores eccles. (Du Fresne) obviam, ut pleno Just. stilo optime convenientem et rariorem praetulimus. — — tanta... spat.] Africa post 95 annos C. I, 27 l. 1 pr.; ad ceteras provincias haec vix pertinent. — — praest.] ..*itae* cod. 1. — — omn... pop.] Arrogantia Romanis familiaris (p. D. 14, 2 l. 9,) Just. aevo minime deposita. Proc. aedif. I, 2. Epigr. Pand. Flor. — — tam... quam] p. Pr. D. 3 §. 19 inf. — *tam... vel* codd. 4. 14 (4); *jam.. vel* codd. 5. 6. (4), Cui. quidam, ed. Cui.; *jam.. vel* (prom.) *vel* codd. 1. CXXXIV. (*vel* etiam in p. ext.), contra Th., nec *jam* nec *vel* vertentem, et plerosque libr. Interpretum sc. opinio, h. l. al. leges *promulgatas*, al.

2 guntur. Et cum sacratissimas constitutiones antea confusas in luculentam ereximus consonantiam, tunc nostram extendimus curam et ad immensa prudentiae veteris volumina, et opus desperatum, quasi per medium profundum euntes, caelesti favore iam adimplevimus.
3 Cumque hoc Deo propitio peractum est, Triboniano,

---

*compositas* dici, in contextum irrepsit. Potius tam de suis, quam de collectis veteribus dixit, se eas composuisse et promulgasse Cf. §. 6. — — reg.] Th. adjicit *καθὸ καὶ νόμος αὐτός*, sc. de suis. Al. Co. §. 2... 6. p. Paul. Warnefr. gesta Longob. 25. Proc. aedif. praef., hist. arc. 11. 13. — Prr. C. et D. — ad §. 3.... 6. Pr. D. 3 §. 11, 4 §. 11. — — sacr.] sacrata olim lex, *spec. sanctione munita* (Festus), mox differentia in ea re evanescente (Ulp. Fragm. pr. et C. I, 14 l. 5) omnes (C. Th. III, 8. l. f. et Goth. ad eund. t. 1. p. 2. C. J. I. 14 l. 9. H. l. fortasse praeter sanctionem ad auctores const. sacratiss. (imperatores) alluditur. — — conf.] p. Pr. D. 1 §. 1, 3 §. 1, quia praeter tres Codices Novellae multae, nondum collectae, evolvendae erant. — — et ad] codd. 1. CXXXIV. 9. 13. 21. 29. XXV. XXXIII. etc., sim. cod. 5 *prud. et*; in rell. def. *et*, quod Just. stilo optime conveniens, postea facilius omitti quam addi potuit. — imm.] quae dinumerat P. D. 3 § 1. — Similes querimoniae Suet. Jul. 44. Eunap. vit. Aedesii ed. Heidelb. 1596 p. 73. — — prud. vet.] codd. 1. 3. 9 (20), edd. 1. 3. 10. Ho. B., „2. 1." rell. — — desp.] i. e. quod nemo sperare ausus esset. p. Pr. D. 1. §. 2, 4 §. 12. Cogitarant quidem sim. Jul. Caesar (Suet. Jul. 44), Theodos. jun. (C. Th. ed. Closs. p. 7. l. 82-83. cf. Acc.), perfecerant Ostrogothi, Visigothi, Burgund.: quae autem Just. h. l. siluit. — med. prof.] Proverbium difficultatis. p. Liv. XXXI, 1; Val. Max. II, 10, 6; IX, 1 ext. 2. — — peract. est] *p. esset* cod. 17. ed. Sch., et contra Flor. Pr. D. 3 §. 11. — — Trib.] *a* *Trib.* cod. 5., non dissim. Th. (secundum codd. et antiquiores edd.) *πρᾶξαι*. cf. Reiz. — Scripsimus *Tribon.*, ut a Trebonio factum, quia imperator Trebonianus Gallus in monetis per *o* scribitur, Eckhel VII, 354. Harduin. hist. Aug. ex numis (opp. sel. p. 840). Just. aevo ex *Tre* constanter factum videtur *Tri*; *o* in *u* praesertim apud Graecos mutari coepit, quod vero utrumque Suid. et Hesych. agnoscunt; in Flor.

viro magnifico, magistro, et exquaestore sacri palatii nostri, nec non Theophilo et Dorotheo, viris illustribus, antecessoribus (quorum omnium sollertiam et legum scien-

---

Dig. *o* praevalet. Al. Cui., Reiz. obs. misc. — Tr. ad totius operis gubernationem electus. Pr. D. 3 §. 11. — — magnif] denominatio praesertim magistrorum, v. Briss. In Pr. D. 3 §. 11. audit *excelsus*, Pr. D. 4 §. 11 ἐνδοξότατος. — magistr.] sc. *inter agentes*. Pr. C. 1 §. 1, 2 §. 2, s. *officiorum*. Pr. D. 3 pr., ut magistrorum summus simpliciter *magister* dictus C. Th. VI, 10 l. 4, VI, 27 l. 3 in f. C. J. X, 10 l. f. §. f. De qua dignitate v. Gutherium II, 20. Goth. notit. dignitt. p. 16. in C. Th. tom. 6. — — et exq.] *ex* def. codd. 5. 11. f. l. m. n. ed. Che. et contra Th. et Acc. *Exquaestor* et sim. recentior forma pro *quaestorius* et sim., inde frequentata, cum antiquiora nomina ut honoraria dignitas tribui coepissent. C. XII, 8 l. 2, Pr. D. 3 l. 1 §. 9. Recentior forma passim et aliis, quam honore functis, applicata. Num etiam in *exquaestore*, nescimus. Certe Tribon. a. 532 in Victorianorum seditione quaestura exutus, eam quidem postea (χρόνῳ ὕστερον) recepit, Proc. b. Pers. I, 24. 25: at quando, nondum proditum est, ut hoc tempore vere ex quaestore esse potuerit. Audit quidem in ipsis Inst. quaestor, at ratione habita temporis, quod in primam ejus quaesturam cadere potest. I. I, 15 §. 3. II, 8 §. 2. II, 23 §. 12 cf. C. VII, 5 l. un., VII, 6 l. un.; V, 27 l. 25, VI, 42 l. f. Al. Sch. — *exquaestori* codd. 6.r 7 (10). edd. 1'- 10. Che. Antiquior forma .. *re* defenditur et Pr. D. 2 §. 2', 3 pr. et Acc. - *et* def. codd. 8. 17. 29. l. edd. 1. 3. 10., antiquissimo loquendi mori convenienter, unde tunc recessum esse confirmat. Th. (?), Pr. D. 2 §. 2. 3 pr. — — nostri] addit *et exconsule* ed. Ha., nimirum e Pr. D. 2 §. 2, 3 pr., 4 pr. §. 9, quem honorem tempore intermedio adeptus videtur. — — ill.] Summae dignitatis vocabulum. Guth. I, 4. — — antec.] qui praeeunt, viam monstrant, i. e. doctores, non tantum iuris. Myl. hist. Th. (Exc. Th. p. 1058). — Th. Constantinop.; Dor. Berytiens. doctor iuris fuit. Pr. D. 3 §. 9, 4 §. 9. — Turnebi (advers. 8, 19?) *antesessores*, Alciati (dispunct. 3, 12) e graeco facti *anticensores*, qui censorium munus exerceant, superfluae conjecturae. — *et* praemittunt Th. codd. f. g., simil. Pr. D. 3 §. 9. 11., 4 §. 9, glossam, qua recte signifi-

tiam et circa nostras iussiones fidem iam ex multis rerum argumentis accepimus) convocatis specialiter mandavimus, ut nostra auctoritate nostrisque suasionibus componant institutiones: ut liceat vobis prima legum cunabula, non ab antiquis fabulis discere, sed ab imperiali splendore

---

catur, antecessores non qua tales illustres fuisse. p. C. 12, 15 l. un. Pr. D. 2 inscr. inf.: sed eodem sensu omitti potuit. cf. Flor. Pr. D. 2 inscr. — *nostris* def. ap. Th., codd. 1. CXXXIV. 3 (7), Cui. aliquot et Hot., edd. Ha. Ho. Co. B., Pr. D. 3 §. 11, 4 §. 11; addunt in contextu pleriquc, ut glossam interlinearem codd. LXXXV. CXVII., quo certius qua talis ejici poterat. — — omn.].. *em* codd. 1. XCV. CII. — — circ.... fidem] p. s. (de Tribon.) Pr. D. 3 §. 9, 4 §. 9. — jam] def. Th. cod. 1. — ex rerum argum.] p. s. Pr. D. 3 §. 9, p. v. infra: *in ipsis rer. obtin. argum.* Simil. saepe *agentes in rebus*. — conv.] i. e. coram, non constitutione aliqua, ut factum circa Digesta et Codicem. Pr. D. 1, C. I. — Addunt *his* codd. 20. c^r. g. edd. 1. 3 (5). Simil. Th., et (interpungendo) edd. Ha. Co. Mox post *ut* codd. 25. 28. edd. 1-10 Che. Ha Co. *ipse*. — — spec. mand.] „2. 1." codd. 8. 11 (?) 28. edd. 1... 10. Che. Ha. Co. Cu. Ordo plerorumque librorum et per se melior, quum specialis mandati praecipuam vim Just. ante oculos habuisse videatur. Acc. — — ut nostra.. suas.] *ex nostr... suas. ut* cod. 5. — *suasion.* p. s. de Digestis, pr. D. 3 pr. in f., quibus sim. h. l. dicit Th., unde Nannius conjicit, addendum esse *obtemperantes*, superflue. — — comp. Inst.]... *erent* cod. 5. 7. 16 (6), edd. 1. 3 (5) et recc. omnes, sc. Just. ipsum corrigentes; p. v. cod. Flor. Pr. D. 3 §. 9. — „2. 1" codd. 7. 11. 28. edd. omn. praeter B. — — cum.] p. v. Cic. d. orat. I, 7. D. I, 2 l. 2 §. 37. I, 11 l. 1 §. 1. J. I, 5 §. 3. II, 20 §. 3. II, 23 §. 12. C. 7, 25 l. un. — — antiq. fab.] i. e. antiquae narrationes cum contemtu quodam dictae, cf. Gell. V, 18.; p. s. Amm. Marc. XXX, 4. et h. l. *inutile*, *perperam pos.*, *quod (non) obtinet*. Pr. D. 2 §. 11. Laudat quidem alibi Just. antiquitatis studium; at quisnam scriptor semper sibi constitit? certe Just. Caii Institutt., alibi a se in deliciis habitas, in quarum locum suas substituit, Pr. D 2 §. 1, h. l. (*inutile*, *perp.* etc.) carpit. Al. Muret., qui codd. auctor. delet *fabul.*, Bynkershoek., qui rescribit *tabul.* (utrumque contra Th. et omnes nostros libros), Marcil., Raevard., Lyclam., Ot-

appetere, et tam aures quam animae vestrae nihil inutile nihilque perperam positum, sed quod in ipsis rerum obtinet argumentis, accipiant; et quod in priore tempore vix post quadriennium prioribus contingebat, ut tunc constitutiones imperatorias legerent, hoc vos a primordio ingrediamini, digni tanto honore tantaque reperti felicitate, ut et initium vobis et finis legum eruditionis a voce principali procedat. igitur post libros quinquaginta digesto- 4

---

to. —— animae] pro *animi*, quae negligentia jam ap. Cic. usu venit (clav. Ernesti), a gloss. cod. 1. notata, emendata in contextu codd. 6. 7. 10 (13), edd. 1. 3 (5), Che. Ha. Ho. Co. B.; Theophili ψυχάς, facilior conjunctio c. feminino *aures*, et Flor. Pr. D. 2 §. 5 firmant nostr. lect. —— nih... pos.] Prius quoad res ipsas, posterius quoad ordinem et verba. Gloss. cod. LXXXV. — *que* auct. codd. 1r. 4r. 7. (7), edd., praeter LXXII. Ho. B., omnium, adstipulante Th. μηδέ, quia plenior stylus Just. placet, addidimus. — *perverse*, *inordinate* et sim. codd. 14. i. XXXI. LII. etc., vel loco *perperam* vel post scribunt. — *appos.* codd. 3a. 5r. 7 (12), contra Th. — in ips... argum.] i. e. *usu vertuntur* (Pr. D. 3 §. 11), p. v. J. IV, 11 §. 6 C. VII, 6 l. un. pr. med. — in pr.] def. in edd. Che. Ha. Co. Cui. —— post quadr.] Th. μετὰ τριετῆ, sim. RR. *per qu.*: at Pr. D. 2 §. 1. 5 satis innuunt, Vto demum anno constitutiones legi solitas fuisse. Erraverunt itaque Th. librarii. cf. Myl. vind. II, 1 (ap Reiz. exc. 3), Reiz. exc. 7., Sch. — priorib.] def. RR. et Th. (ext. in Th. ed. Bas. 1544), *peritioribus* coni. Cannegieter (obs. III, 10), cf. Pr. D. 2 §. 5: at Th. potius pleonasmum (Just. stilo sat convenientem), quam integram sententiam omisit. — digni... felic.] i. e. *digni reperti tanto* etc., quo sensu cod. 1r. del. *reperti*, codd. 6. 10 (5) leg. *felic. reperti*. — Alii *reperti* ad posterius tantum membrum referentes, hoc dure interpretantur: *tam felices reperti.* Quo pertinent lectt. *reperta fel.* codd. 19r. g., *repleti fel.* codd. 18r. i, edd. XXIII. Co., *referti fel.* ed. 7. Th. (cujus ἀξιωθέντες priori interpretationi favet) duo orationis membra distinguens, potius contextum libere tractavit, quam posteriori modo intellexit. cf. Nerius Annal. I, 21. —— ut et] def. *et* codd. 13.. 17 (11), edd. 1. 2. 3. —— quinq.] def. Th. (? cf. Reiz.) cod. 13. —— Dig. s. Pand.]

rum, seu pandectarum, in quos omne ius antiquum collatum est (quos per eundem virum excelsum Tribonianum, nec non ceteros viros illustres? et facundissimos confecimus), in hos quatuor libros easdem Institutiones partiri iussimus, ut sint totius legitimae scientiae prima elementa, in quibus breviter expositum est, et quod

---

Utriusque nominis explicationem v. Pr. D. 4 §. 1. Illud, apud ICtos frequens, a Tertulliano quoque de evangeliis aliisque libris sacris (adv. Marc. IV, 4. 5, adv. gentes 47) usurpatur; ab Just. tum quoque, ubi graece scribit, saepe solum adhibetur. J. III, 12 pr. §. 1. Pr. D. 2 §. 4. 5. Pr. D. 3 §. 6. 7. 8 et al.; 4 §. 9. 20. 23. Pr. C. 3 §. 1. 3. 5. N. 18 c. 9; 87 pr.; *Pandectae* solae vix umquam occurrunt J. I, 10 §. 11. IV, 6 §. 5; 12 §. 6; 18 §. f. Pr. D. 4 §. 1. — — in quos] codd. 1. 3. (7), edd. CCXX. Sch., sim. Pr. D. 3 §. 1; *in quibus* plerique libri, a Th. ἐν οἷς non satis defensum. — — ius antiq.] i. e. e scriptis ICtorum depromtum. p. Pr. D. 1. §. 4. D. L, 17 rubr. — — collat.] p. v. Pr. D. f. 3 §. 1 *contulim.*, *Collationes Novell.*; *collect.* codd. 4. 12. 15 (9). RR, edd. 1... 10. Che. Ha. Co. B. Pr. D. 3 §. 11. *compos.* cod. 20, *collocat.* codd. 11. 19., e glossis nimirum oriunda, et est in cod. 1. sim. gl. interl. *coacervat.* E vulgatissim. autem verbo *collect.* vix tot lectt. ortae sunt. — Th. ἤθροισται nulli harum lectt. satis favet. Sch. — — quos] *quod* codd. 31. n. ed. Ha., et contra Th. et Acc. — — excels.] titulus praefecti praetorio, C. IX. 13 l. 1 pr. Guther. I, 4., Tribon. haud raro tributus, I. I, 5 §. 3 Pr. D. 3 §. 9. 11. — nec non] addunt *et* codd. 4. 6. 9. (19) edd. 1. 2. (7) Che. Sch. B., *etiam* cod. 12, sc. glossas: haec enim abundantia et in Just. stilo nimis jejuna. Etiam Flor. Pr. D. 3 §. 11. *et* omittit. Al. Sch.—*ceter.* Pr. D. 3 §. 9 singulos laudat. — — ill. et fac.] Alii *ill.*, alii *fac.*: illud enim majoris dignitatis, hoc (sive *disertiss.*) professorum et advocatorum epitheton. Pr. D. 2 inscr., 3 §. 9., Brisson. v. disert. — in.. part.] p. Pr. D. 3 §. 11, 4 §. 11. 4 *libr. repon.* — — hos] def. cod. 28 (?), ed. Ha. — — easd.] i. e. supra dictas. Th. (? cf. Reiz.) τῶν εἰρημένων Διγέστων, potius sensum libere tractando, quam *quasi eorundem* legerit. — — tot. . . . elem.] p. ibid. et I. IV, 18 §. f. — — in quib.] def. *in* codd. 1. 3. 5. 6 (12), edd. 2. 3. 10. Sch., quod Th. habuit, et Just. pleno ori bene convenit. — — brev. expos.] p. Pr. D. 3 §. 11, 4 §. 11. *me-*

antea obtinebat, et quod postea desuetudine inumbratum ab imperiali remedio illuminatum est. quas ex omnibus 6
antiquorum institutionibus, et praecipue ex commentariis Caii nostri tam institutionum, quam rerum cotidia-

*diocr. emend.* — — et quod... illum est] p. Plin. VIII, ep. 14. Pr. D. 3 §. 11 *quatenus libris quos veteres... in stabilit. redact. est.* Pr. D. 4 §. 11. i. e. 1, antiquum jus, 2) mutationum ejusdem historia, pro quibus Just. more (cf. C. III, 1 l. 14. VI 58 l. 14. N. 1 pr. §. 1) vitia medio tempore commissa eorumque ab Just. factae correctiones laudantur, neque alias historiae partes exhibere solet. cf. fusiores Pr. D. l. l. Alia voluerunt librarii nonnulli, et Hotom. Marcil. Reiz., illi aliter legentes, hi artificiose interpretantes: 1) quasi unum tantum orationis membrum sit, sc. *ab imp.. illum.* ad id quoque pertineat, *quod antea obtinebat*, contra Pr. D. l. l. (def. posterius *quod* codd. 13. 19. simil. Th., ut nunc legitur, cf. Reiz.: *καὶ τὸ μ. τ.*) 2) quasi 3 membra orationis distinguantur. (post *inumbrat.* add. *est* codd. 7. 10 (9), ed. 1. 5. 6. *erat* cod. i) simil. recentiorum interpretationes, at contra Pr. D. l. l- *et ab Imp.* codd. 19. 31. e. — *dissuetud.* codd. 29. m et al., edd. 1. 6 et al., *deconsuetud.* codd. 7. 21. 31. h., utrumque sensu bono, potius consuetudinem oppositam, quam solum non usum significante: at contra Th. et Flor. D. 1, 3 l. 32. *Dissuet.* medio demum aevo increbuit. Sch. *in desuet.* codd. 3. 4. 5 (6), *per desuet.* cod. 12. 14. 26. i, ed. 2, in glossae modum. — *inumbr.* p. Pr. D. 3 §. 11 *quid ant. vacill.* — *ab* def. cod. 27 (?) edd. Ha. Co. Cu. Ext. in omnibus rell., etiam antiquissimo Veron. a, neque ab Just. sermone alienum videtur. — *remedio* vox medica, Th. *θεραπείαις*, quae metaphora juncta cum plane alia (*illum.*) a stilo Just. non abhorret. Quem correxit cod. 17 *splendore.* — *illum.* Tertull. apologet. 3. — omn. antiq. inst.] p. P. D. 2 §. 2. *vet. inst. corpore*, 3 §. 11., 4 §. 11. Bluhmii tab. (Savign. Zeitschr. IV. 266.) separatum institut. corpus in Digest. componendis adhibitum demonstrat. — *comment.* ita Cajus suos Inst. libros dixit. II. 228, III. 17. 38. — Caii] Sic scribimus auctorr. Quintil. I, 7. 28. Mar. Victor. p. 2469. Serv. ad Virg. Georg. I, 194, eorum primum non de sola nota, sed de scriptione qualicumque intelligentes, quippe de qua l. c. agit (v. *quae scribuntur* etc.), ubi vero oratio ad solas notas deflec-

narum, aliisque multis commentariis compositas, cum tres praedicti viri prudentes nobis obtulerunt, et legimus, et cognovimus, et plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodavimus.

7 Summa itaque ope et alacri studio has leges nostras

---

tit (v. *subura*) hoc clarius significat, quam v. *notare*, quod et *scribere* significat, v. lexica. Posteriores disertis verbis de *scriptione* loquuntur. Quem scribendi usum Just. aevo minime unanimi consensu relictum fuisse, cod. a testatur. Recentiores codd. cum Flor. Dig. plerumque *Gaius* habent. Alit. Schneider lat. Gramm. I. p. 232. — Nomen integrius reddere voluerunt glossa codd. 1, adjiciens *Julii Caesar.*, cod. 13 *Seii*, similes nonnullis cod. et edd. breviar. Alariciani, qui *Titii* praemittunt. — — nostri] p. I. IV, 18 §. 5. Pr. D. 2 §. 1., i. e. quo tunc in jure discendo praecipue utebantur? (Pr. D. 2 §. 1.) Just. quoque usus videtur, quo sensu *noster* in Dig. saepe occurrit. Brisson. — Alii aliter. Otto h. l. et thes. I. pr. 19. — — rer. cotid.] cum ejusdem Instit. proxime cognatarum (v. fragm. in Dig.) inque medio Institutionum corpore a Dig. collectoribus excerptarum. Bluhme tab. supra laud. — — tres... prud.] „1. 3. 4. 𝔷 codd. 14. 24 (4), edd. praeter Ho. et Cu. omnes. — *prudent.* p. Pr. D. 3 §. 9. — Obtul.] p. C. Th. ed. Closs. p. 9. l. 97., Pr. D. 3 §. 11, 4 §. 11. *contul.* cod. a. propter Th. et Flor. Pr. D. 3 §. 11. rejiciendum. — leg. et cogn.] p. Pr. D. 3. §. 11. *relectum.* — *recognov.* cod. 28 (?) edd. Che. Ha. Co. Ho. — *consensim.* cod. 19, addunt *commendav.* cod. LIV. *comm.*, *pro nostro habuim.* cod. XXXI, sim. Pr. D. 3 §. 11 *pro no ... judicav.*, e glossis, quales codd. 1. CXVII habent, orta. — — et plen. — acc.] p. Pr. D. 3 §. 11, 4 §. 11. — *ac* codd. 29. VII. et al. — Th. διατάξει quasi *nostra constitutione*, at ab archetypo remot. cf. p. — *nostr. instit.* codd. XLVI. XLIX al. — *accommodabimus* cod. CXXXIV. 5.

has leges nostr.] i. e. Institutiones, oppositum *tot op. nostr.* — def. cod. 12 et ap. Th. — „1. 3. 2“ codd. 11. 15 (4), ed. B. — — accip.] *suscip.* cod. 8. XXXII. corrector Flor. Pr. D. 3 §. 24, a Reiz. obs. misc. defensum. — — ostend.] i. e. reddite et monstrate: nam hoc etiam, ut reip. partes ipsis credi possint, opus est. Aliter Casaub. et Reiz. — — ut... gub.] p. Cic. d. orat. I, 41. 45. offic. II, 19. C. Th. XIV, 9 l. 1 inf. Pr. D. 2 §. 6.

accipite, et vosmet ipsos sic eruditos ostendite, ut spes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram rempublicam in partibus ejus vobis credendis gubernare.

Data undecimo calendas decembres, Constantinopoli,

---

II. — *spes vos* „2. 1" codd. 17. 18 (4), RRR., ed. B., *nos* conj. Hot., et contra Th. — *leg. op.* alludit forsan ad D. I, 2 l. 2. §. 44. *opus*, Gloss. cod. 1. *studio* p. s. Pr. D. 2 §. 6. — *perfectos* cod. 1, *perlecto* e gloss. Acc., vel Pr. D. 2 §. 6 ortum, est in ed. LXXII et al., et contra Th. — *etiam* omittit Th., *et* est cod. m: rei autem et Pr. D. 2 §. 6 *etiam* optime convenit. — *rem nostr. publ.* codd. 8. 12 (6), ed. B.; *vestram* lect. var. Acc., codd. XLVII. CVIII. — *credendam* codd. 1. 7. 9r. (13), RRR, edd. 2. 3 (5). B., *tradendam* cod. 13, *credentibus* cod. VIII. edd. CXLVI. et al., forte ex Acc. ortum. — *gubernare* Th., codd. a. 1. CXXXIV. 5 (7), *gub-ri* rell. et edd. omnes. —

Subscriptio vel integra vel pro parte ext. codd. a. 1. 3. CXXXIV. 5. 19. g. XLVIII. LXXV. CXVII. CXXVI. CL. CLVI, edd. Cha. et recc.; p. al. subscript., praesertim Prr. D. — *Data* sc. epistola, integris literis codd. 1. LXXXV et in Flor. Prr. D., *datum* cod. 3, *datum est* cod. 19. — *undec.* cod. a et al., „X" cod. 1. CXXXIV. XLVIII. 19. Notas, ab Just. vetitas auct. Flor. Pr. D. rejecimus. — *Decembris* codd 5. LXXXV. 19. CLVI et edd., *Decembrias* codd. XLVIII CXVII., alii terminationem omiserunt. Illae lectt pro accusativis sumtae cum Flor. Prr. D. conveniunt. Ipse autem accusat. forma consueta exhibendus erat. — *Const.* Omnes codd. (a et 7 alii) Flor. Pr. D. 2 hoc loco inserunt. Quocum subscript. C. Th. et J. ubivis consentiunt. Edd., post *data* inserentes, hodiernum morem imitatae videntur. — *dom. nostr.* Ita plerique cum Flor. Pr. D. et aliis multis subscriptionibus, def. *nostro* codd. 1. 3. 19. edd. Ha. et seqq., def. utrumque cod. a, at initio lineae, ubi sigla forte utrumque verbum significans oculos legentium fugere potuit. — Adjecta videntur haec verba, cum tota subscriptione, quasi a quaestoris officio, minime ut ab imperatore ipso. — *perpet. aug.* habent codd. a. 5. XLVIII. LXXXV. CXVII. 19. CLVI, Flor. Pr. D., Cui. not. pr., edd. Co. Ho. Cu.; PP., quod *patre patriae* significat, codd. 1. CXXXIV., ed. Ha.; *sacratiss. aug.* cod. 3, *sat* (s. *satis*) *sacr. aug.* codd. g. CL.

domino nostro Justiniano perpetuo augusto tertium consule.

Prius ideo quoque praestat, quia patris patriae denominatio Just. aevo dudum evanuerat Tac. Ann. XI, 25. Spanh. d. us. numism. XII, 1 sqq. — *tert.* codd. a. 1. CXXXIV. 19. 1., „IV" codd. 5. XLVIII. CXVII. Illa lectio firmatur Pr. D. 3 §. 11 et subscr., Pr. 4 §. 11 et subscr., et, quum Just. IVtum consulatum non solus gesserit, fastorum etiam ratione. — *tertium* auct. Catone et Varrone (Gell. X, 1) ut optimam lectionem, ideo recepimus, quia nullum certum argumentum habemus, Just. h. l. vitiosam scribendi rationem sequutum esse. Codd. plerique et edd. notam III habent, codd. 1. CXXXIV *tertio*, Flor. Pr. D. *ter*, C. Th. ed. Closs. p. 17. l. 224 *quartum.* — — Subscr. signif. annum p. Chr. nat. 533. d. 22 Novembr. Alio die Inst. valere coeperunt. Pr. D. 3 §. 23.

## II.

## Libri primi titulus decimus. De nuptiis.

Justas autem nuptias inter se cives romani con-

L. I. t. 10.] p. Cai. I. 56—65, Ulp. V. 2...7, Paul. II. 19. Coll. VI., D. XXIII, 2 (h.), C. Th. III, 7. 10. 11. 12., C. J. V, 4. (h.) 5. 8. N. 19. 22. 74. 78. 89. — Def. codd. 2. 23; ext. c e .. g. i. . n. et alii secundum collat. specimina, ad pr. ... §. 12. AAA, §. 1 *int. eas* ... §. 6 med., §. 8...9 med., §. 12 Css. Igg. IvD, P.

Titul.] Scripsimus cum AB (passim), cod. LXXXV (in indice), edd., excepta Cuj., omnibus auct. Edicti Praetor. (v. D. I, 5 l. 2.), Flor. D. et C. Th. a Clossio edit. p. 7. l. 60—65; plerique tale verbum omittunt; AB (nonnunquam), codd. 5. 9. 10 et al. habent *kap.* sive *kapitul.*, ed. Cu. *caput*, quod medio aevo valde frequentatum, facile e titul. oriri potuit. — decim.] „XI" cod. LXXXV, sc. prooem. ut tit. 1 numerando. — *Tit. X. d. nupt.* (h. ordine) codd. 1. 5. ed. Ott., simil. Flor.

TRAHUNT, qui SECUNDUM PRAECEPTA LEGUM coeunt, masculi quidem puberes, feminae autem viripotentes, sive patresfamilias sint, sive filiifamilias, dum tamen filii-

D.; „3. 4. 1. 2." plerique codd. et edd. — d. nupt.] inserunt *justis* codd. 27. VIII al., Cuu., RR., Fc. var., sc. glossam, cf. Marcilium.

Pr.] Justas—possit. An ex Ulp.? cujus scriptis C. V, 4 l. 25, f. *sequentium*, cum illis arctissime junctorum, nititur. — *Just... debeat* habet Gratianus C. XXXVI qu. 2 c. 11. — Just.] *legitimas* D. I, 5 l. 24, i. e. juris civil., oppositae matrimonio *injusto*, i. e. juris gentium, a ratione praesertim juris civitatis habenda immuni, cujus vestigia v. in matrimonii descriptionibus J. I, 9 §. 1, D. I, l. 1 §. 3, h. l. 1. et singulis responsis Coll. IV, 5 D. XLVIII, 5 l. 13 §. 1, XLVIII, 20 l. 5 §. 1, C. V, 17 l. 1. cf. Bethmann de caus. prob. p. 2 sq. — inter... Rom.] p. Cai. I, 56, Ulp. V, 4. De connubio peregrinis dato apud Just. ubique altum silentium. An, quia ejus aevo civitas ipsa barbaris facillime dabatur? - qui... legum] p. Ulp. V. 2. 3 *connubium*. — *legum*, potissimum Juliae et Pap. Popp. Ott. — masc... viripot.] p. Ulp. V, 2, D. XXIII, 2 l. 4. In feminis proprium verbum ita frequens, ut, quod in masculis adhiberi necesse erat, a re significanda remotius (pubes) vix umquam ad feminas trahatur. Ulp. V, 2, J. I, 22 pr., D. XXIX, 3 l. 1. 5. 32. Giphan., Brisson. — Quinam puberes seu viripotentes, potius in tutelarum quam in matrimonii jure controversum. v. Serv. ad Virg. Aen. VII, 53. Ulp. XI, 28; Justinianeo jure omnia ex annis pendent. C. V, 60 l. f. cf. D. h. l. 4. C. h. l. 24. — Provectiorem aetatem aliorum populorum instituta philosophorumque placita poscebant. Hes. opp. et dies v. 695 sq. Plat. de legg. VI. p. 772. (Steph.), Aristot. polit. VII, 14, Plut. comp. Lyc. c. Num. 4; jus civile Romanorum ita cum propriis moribus conveniebat, ut et 12 annis minores ducerent, quae autem 12mo demum anno completo legitimae habebantur. Fabretti inscript. VIII. 186, D. h. l. 4, XXIII, 1 l. 9. Otto, Heinecc. — patresfamilias] cod. 21, *pfamiliarum* cod. f. (?), edd. Ha. Co. Ho. Forma in codd. Inst. solennior ... *lias*, etiam in Flor. D. frequentissima. Brisson. — dum ... potest. sunt] p. Ulp. V, 2, Paul. II, 19, 2, D. h. l. 2. 3. 9. 11. 16 §. 1 l. 18. 25. 35 C. h. l. 2, 5. 7. 11. 12. 25. — filiif.] nonnumquam et filiae emancipatae. Livius IV, 9. C. V, 4 l. 1. 18. 20. — Edidimus, sua-

familias et consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt. nam hoc fieri debere, et civilis et naturalis ratio suadet in tantum, ut jussum parentis praecedere debeat. unde quaesitum est, an furiosi filia nubere, aut

dente W., *fil.* sine additamento, ut lectionum per se probabilium antiquiss. auctorr. nitentem, cum codd. 1. 6a. 9a. 14. 21a. AB, M., Grat. Praemittunt *si* codd. 15. 27r, AP. ed. Co., *sive* codd. 12. f.; adjiciunt „*sint*" codd. 3. 4a. 5. (12) ed. LXXIX. Jungunt utrumque (*si fil. sint*) rell., edd. tantum non omnes. — et cons.] *et* omittunt codd. 8. 13. (11), Grat., edd. Che. Ha. Ho. Cu. invito quoque Th. — quor... pot. sunt] Si in avi potestate, interdum et patris D. h. l. 16 §. 1. — *in quor.* codd. 5. 15 (8). — et civil.] i. e. patria potest. — def. *et* codd. 9. 13 (6), contra Th. quoque. — nat. rat.] i. e. respectus erga parentem. D. I, 1 l. 2. — suadet] utraque, civilis tantum persuadet: cui optime convenit vox aequivoca. v. lexica. — *persuadet* Grat. — et in tant.] AAA. — juss... praeced.] p. D. XXIX, 2 l. 25 §. 4; XXXVI, 1 l. 65 pr. Ut in hereditate adeunda *jussum praecedere* debet, in bonor. poss. et fideicom. hereditate restituenda *ratihabitio*, vel *ne ignoret* pater sufficit, ita similis fuisse videtur differentia inter nuptias stricti juris et eas, quae solo consensu nitebantur. Illuc pertinet etiam *auctoritas*, D. h. l. 3. 9, huc *consensus*, *concedere*, *non contradicere*, D. h. l. 2. 34 pr. XXIII, 3 l. 68 C. h. l. 12, et, *quod ratihabitio sufficit*, D. XXIII, 3 l. 68, XLIII, 30 l. 1 §. 5, XLVIII, 5 l. 13 §. 6 in f.; cognata est sermonis diversitas ratione avi et patris D. h. l. 16 §. 1. Postea, stricto matrimonio evanescente, utriusque juris reliquiae ita coaluisse videntur, ut patris ratihabitio non ad initium retrotrahatur D. XXIII, 3 l. 68. XLVIII, 15 l. 13 §. 6. cf. D. I, 5 l. 11. Neque obstat C. V, 15 l. 25 in f., de ratihabitione in aliis negotiis loquens; legitimatio autem, quam dicunt, illius juris partem tantum mutavit. — Aliter Nerius II, 32 (Otto thes. II) Lycl. VII, 18. — *jussum* auct. codd. 1. A. 3. 4a. (6). ed. Cu., ut formam minus solitam, sed apud Cic. et in Flor. D. XXIX, 2 l. 25 §. 4, XXXVI, 1 l. 65 pr. obviam praetulim. *jussio* cod. CXL., .. *us* rell. — *parentum* codd. 8. 10. (8) ed. B. — deb.] *non* praemittit cod. 1r; fortasse ut glossam. — Unde ... fin.] f. C. I, 4 l. 28, (s. h. l. 25) p. D. h. l. 9 pr. XXIII, 4 l. 8. — *aut* codd. 1. 3 (12) AB, P., edd., praeter Cu., omnes, *an* rell. Particulam dis-

furiosi filius uxorem ducere possit? cumque super filio variabatur: nostra processit decisio, qua permissum est, ad exemplum filiae furiosi filium quoque posse, et sine patris interventu, matrimonium sibi copulare secundum datum ex constitutione modum.

Ergo non omnes nobis uxores ducere licet. nam qua- 1
rundam nuptiis abstinendum est. §. Inter eas enim perso-

---

junctivam res ipsa poscit. — *possint* cod. 1 edd. 5—7, Th., qui autem liberius vertit, non abnuente, contra sensus concinnitatem. — *super filio.* Cur? v. C. l. c. et Th. — De filia parum dubitatum C. l. c., p. D. h. l. 16 §. 1. cf. D. I, 7 l. 10. 11. — *decisio* C. l. c. — *quoque* (def. *furiosi*, quod rell. addunt) auct. codd. 1. 3. (13) AAA. edd. R. B. — *et . . . interventu.* Haec, si a nonnullis patris etiam furiosi praesentia requirebatur (p. D. I, 7 l. 24), non superflua. Lectio librorum Ho. et RR. *interitu* inde nata, quod ista superflua videbantur. — *matr. copul.* locutio ICtis et Impp. solennis. v. Brisson. — *ex const.* auct. codd. 1. 3. (6) AAA, non dissentiente Th.; *nostra*, quod rell. inserunt, omisimus. *constitutionis* codd. 9. 26. 30. ed. B., quamvis *ex* pro *a* (cf. Brisson.) optimum sensum praebeat. — *modum* ratione dotis C. l. c.

§. 1. f. Cai. I. 58. 59, demum a *Nam a quar.* legibilis. — *Inter . . finem* p. Ulp. V, 6 Coll. VI, 4. D. h. l. f, C. h. l. 4. 17. — *Inter . . ad inf.* fr. r. Cai. ad edict. prov. — qui liber ante ejusdem Inst. scriptus videtur: Cai. I, 188. — (D. h. l. 53); p. Paul. II, 19, 3. — *et haec . . . emancip.* f. r. Cai. ibid. (D. h. l. 55 pr.), p. Paul. II, 19, 4. D. h. l. 14 pr. §. 1. — Ergo] Particula connectens cum prioribus sequentia, ut Graecorum τοίνυν, hîc, finita praeparatoria expositione, specialis tractationis initium significat. cf. Th.; aliter Acc. — nobis] *vobis* cod. 16, ed. B., defensum a Reiz. obs. misc. h. et II, 9 inf., quod Justin., doctoris partes sibi sumens, discipulos alloqui amet. Sed in talibus nulla constantia apud veteres. quar.] praemittunt *a* Cai., cod. 13. 15 (6). edd. 1 . . . 10. Che. Ha. Co. Ho. B., propter Caji auctoritatem, contra omnes antiquos Inst. ipsarum libros, ideo non recipiendum, quia in his quoque rebus et Just. aevo variatum, v. Flor. D. h. l. 12 §. 3. — abstin. est] *abstinere debemus* Cui. AB, P., *abstin. decet* AM. simil. J. h.

nas, quae PARENTUM LIBERORUMVE locum inter se obtinent, nuptiae contrahi non possunt, veluti inter patrem et filiam, vel avum et neptem, vel matrem et filium, vel aviam et nepotem, et usque ad infinitum. et si tales personae inter se coierint, nefarias atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. Et haec adeo ita sunt, ut, quamvis per adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse coeperint, non possint inter se matrimonio jungi in tantum, ut

§. 6, utrumque factum, ut loquutio distinctior fieret. — quae .. obtinent] i. e. inter parentes et liberos, tam fuse dictum, quo certius omnis gradus comprehenderetur. cf. f. r., D. h. l. 53., et Th. De avunculis, soceris et similibus hic non cogitatum esse patet. cf. §. 5. 6. 7. — lib...ve] *que* codd. 11. e; at idem *ve* significare poterit. — nupt. contr.] „2. 1" codd. 7. 14 (6), edd., praeter B., omnes. Nostrum ordinem et Cai. tuetur. — possunt] Cai. Veron. addit: *nec int. eos connub. est*, glossam sc. — vel av. filium] Cai. mutato ordine *vel matr.... nept.* Talia veteres mutare amabant. cf. Th. h. — vel aviam ... nepot.] Cai. Veron. omisit. — et ... infinit.] Cai. Veron. omisit, vitio sc. librarii: nam f. r. habet, et apud Ulp. quoque V, 6 similia extant. — *in inf.* codd. 8r. 29. f. n, edd. 6. 7. 9. Che. Ha. Co. Ho. *ad* est etiam in Flor. f. r. — tales ... incestas] non etiam, si aliae, de quibus §. 2 sq., ubi mitiora verba. Loquuntur sc. Institut. non de incestu juris civilis, qui cetera quoque comprehendit (Ulp. V, 7, D. h. l. 39. 56), sed juris gentium (D. h. l. f.). Quem ita contra pudorem esse existimabant, ut et animalia nobiliora eum horrere circumferrent. Plin. H. N. VIII, 64, ibique ab edd. laudati, N. 12 c. 1. — coier] ..*int* etiam Cai., ..*unt* codd. 1. 17. IvP. — et haec ... emanc.] Ab Justin. C. VIII, 47 l. 10, ut de hereditatibus loquente, vix mutatum. — adeo ita] p. v. J. III, 16 §. 6 (W.) — „2. 1" codd. 3. 15. g. ed. B. — *ad.. vera* codd. 10r. 29. 30. edd. 1..10. Che. Ha. Co., sc. glossa. — liber.. que] IvD. cod. 30. — coeper.) ..*int* etiam Cai. et Flor. f. r., ..*unt* codd. 1. 15 (4) Cf. 2. IvD, P, ed. CCXXXI. — non poss.] *ne* codd. 14. 18a. 21a. — *possunt* Cai., et codd. plerique, edd. 1..10. B., ..*int* codd. 4r. 12. 14. 27. 29. f., AAA. Css. Jg. 2. edd. rell. Licet *ut* causal. passim, etiam apud Cic. (v. lexica) et ICtos (D. XXIX, 2 l. 32 §. f, XX, 1 l. 4) cum indicativo jungatur: tamen, quia vitiose

etiam dissoluta adoptione idem juris maneat: itaque eam, quae tibi per adoptionem filia aut neptis esse coeperit, non poteris uxorem ducere, quamvis eam emancipaveris.
§. Inter eas quoque personas, quae ex transverso gradu 2
cognationis junguntur, est quaedam similis observatio, sed non tanta. Sane enim inter fratrem et sororem nup-

---

fieri grammatici docent, et in brevi periodo facilem vitii occasionem non deprehendimus, meliorem nonnullorum codd. lectionem recepimus. — matr. jungere] *m-um jungere*, vel simile quid codd. 3a. 6r. 10. 19. 29 sc., a librariis factum in similitudinem vv. *matr. copulare* in pr. — *conjung.* Cai., codd. 7. 8. 11 (9), ed. 1. Verbum simplex in nuptiis, compositum in cognationibus et legatis proprium. Brisson. — in tantum... emancipav.] Contra regulam juris civilis (D. I, 7 l. 13. 14), idque ideo, quia in nuptiis naturale jus respiciendum et pudor D. h. l. 14 §. 2. Quae exceptio quousque extendatur, quaeritur. Cf. D. h. l. 17 pr. §. 2 l. 55 §. 1. — etiam diss.] *et* Cai., codd. 29. m. — id. jur.] *ratio ejusd. jur.* cod. I. — tibi] transpositum post *adopt.* codd. 3. 13. e., def. in f. r. (D. h. l. 55 pr.) codd. 1. 6. Css. Igg. JvD. P., *nobis* Caj. Contextus in Dig. Inst. et Cajo id poscit, quod plerique libri legunt. — per adopt.] est etiam in f. r., *adoptione* Caj. — filia ... coep.] propius D. h. l. 55 pr. quam Caji Inst. — aut nept.] *vel* codd. 18. 24 (4), edd., praeter B., omnes. *ve* D. l. l.

§. 2. p. Ulp. V, 6. D. l. 8. 54. 68. — *Inter ... imped. nupt.* f. Caj. I, 60. 61. — *Sed si qua...* fin. §i p. Dio Cass. LX, 33, Coll. VI, 3, f. r. Caj. ad Edict. prov. (D. h. l. 17). *Sed si qua ... possunt* ext. in Attonis Vercell. epist. 5. — *cum .. duc.* p. D. XXVIII, 2 l. g. §. 4, XXXVIII, 10, l. 5, XLV, 1 l. 35 §. 1. *Et ideo ...* fin. §i; f. r. Caj. ad edict. prov. (D. h. l. 17 §. 1) — fortasse Caji Inst., quarum exemplar Veronense hic vix plenum —, p. D. h. l. 12 pr. l. 67 §. 3 Th. h. et tit. 11. pr., Photii nomocan. XIII. ap. Voellum II, 1079. — ex transv. ... jung.] *ex transv.* solennis locutio Caji, D. XXXVIII, 10 l. 1. 3., J. III, 6. p. *ex lateribus*, *a latere* D. eod. l. 10 §. 8, l. 1 pr., J. eod. pr. Neque absonum *ex transv. gr. cogn. jungi*, quum dicatur *ex transv. concurr.* D. eod. l. 1. §. 1. — *cognatione* Caj., .. *ni* cod. CXLII. *generationis* var. glossae cod. 6. — non tanta] i. e. quae non in

tiae prohibitae sunt, sive ab eodem patre eademque matre nati fuerint, sive ex alterutro eorum. sed si qua per adoptionem soror tibi esse coeperit: quamdiu quidem constat adoptio, sane inter te et eam nuptiae consistere non possunt; cum vero per emancipationem adoptio dissoluta sit, poteris eam uxorem ducere; sed et si tu emancipatus fueris, nihil est impedimento nuptiis. et ideo constat: si quis generum adoptare velit, debere eum ante

---

infinitum extenditur, neque, agnatione per adoptionem constituta, post emancipationem subsistit. cf. §. 1 *in tantum* et h. § *sed siqua* etc. Quae eo pertinent, quod haec prohibitio juris civilis est. cf. D. h. l. f.; neque obstat l. 8, quum et moribus civile jus introducatur. — sane en.] def. *enim* Caj., codd. 4. 17. n. Minime autem verba illa pleonasmum habent. — et soror.] Ita Caj., codd. 4. 13 (7), ed. B; *sor.. ve* codd. 9. 12 (4) edd. 1.. 10; *sor.. que* codd. 1. 3. (18) edd. rell. — sive .. alt. eor.] Ita dictum ratione legum Atheniens. et Lacedaemon., alterutras ducere permittentium (Nepos Cimon. 1, Philo d. praecept. decalogi, ad capp. 6. 7, ed. Paris. 1640 p 779.). — ab ... ex] ap. Caj. utraque praepositio eleganter def., *ex .. ex* codd. 28. CXVIII., *ab .. ab* codd. c. 11. XLV. RRR., ed. LXXVII. — fuer.] .. *unt* codd. 15 30, *sunt* codd. 19. 20, *sint* cod. 16 ed. B. — sed si] *Sed et si* codd. 1. 4 . 10 (15) ed. 7. . 9. B., *etsi* Cs. 2. Jgg. IvD P., edd. LII. LXIII., utrumque orationis justo progressui minus conveniens. — tibi] *mihi* Caj. — quamdiu ... poss.] nimis generaliter dictum corrigitur in seqq.: *sed etsi* etc. — quidem] def. codd. 6. 19. (7). — cons. n. poss.] „2. 3. 1" Caj. — *esse n. p.* A. M. — cum etc.] Haec quomodo ad eam adoptionem applicanda sint, qua potestas patria non quaeritur (C. VIII, 48 l. 10), dubia res. — diss. sit] „2. 1" codd. 7. 8. (6) edd. omnes. — sed et si tu] Def. *et* Caj. (nisi geminandum est *et* in *set*), codd. c. 4. 6. 27. g. — „1. 2. 4. 3" cod. 20. — est imp. n.] *erit* f. r. et f. (Caj.), codd. 15. CI., melius fortasse, neque tamen tuto recipiendum, ob simile *cons. n. possunt.* — „2. 1. 3" Caj. — „2. 3. 1" cod. 15. — *impedimentum* codd. 4. 5. 10 (6). — const... deber.] Adoptio itaque, emancipatione non facta, non procedere videtur. Ita in simil. D. h. l. 67. §. 3, C. V, 6 l. 3. Contra (hac specie) nuptias dirimi

filiam suam emancipare; et si quis velit nurum adoptare, debere eum ante filium emancipare. Fratris vel sororis 3
filiam uxorem ducere non licet. sed nec neptem fratris vel sororis ducere quis potest, quamvis quarto gradu sint: cujus enim filiam uxorem ducere non licet, ejus neque

statuunt D. l. l., Th., Photius. Nihil definiunt D. h. l. 17 §. 1, Th. t. 11 pr. Quaestio, ut videtur, apud veteres controversa. Cujac. obss. XXV, 3. — ante ... ante] *antea* (bis) cod. 11. edd. Che. Ha. Co. Ho. — fil. suam] Ita in codd. 1. 4..7 (13), AAA., edd. Che. Ha. Co. Ho. — *su.* def. in f. r., ap. Th. (hic parum accurate vertentem) et in rell. A librariis vix additum. — et siquis ... emanc.] def. cod. 27, ed. B. — quis] def. AAA. — filium] add. *suum* codd. c. 10r. 17. 30. g. n. edd. 1...10. Che. Ha. Co. Ho.

§. 3 ... 5. p. Caj. I, 62. Ulp. V, 6. Coll. VI, 3. 4. C. J. h. l. 17. C. Th. III, 12 l. 3. — fratr.... permitt.] Antiquum jus, contra intermedias mutationes restitutum. Claudius (in filia fratris) mutavit (Tac. Annal. XII, 5..7. Suet. Claud. 26. Caj. l. c.), circa quod quid Nerva aliive Impp. constituerint, dubia res. Xiphil. (Dio Cass. LXVIII, 2), Zonar. ed. Par. p. 583. Caj. l. c. *princ. constitutiones*. Jus Claudianum diu obtinuit. Lampr. M. Aurel. 7. Caj. Ulp. l. l. D. h. l. 39. pr. 56. XII, 7 l. f. XLVIII, 5. l. 11 §. 1, Coll. VI, 4. (Interpolati videntur Caj. Visig. I, 4 §. 3. C. h. l. 17. cf. Caj. et Coll. l. l., — dissent. Noodtio obss. II, 5 —, D. h. l. 55 §. 1). Constantin. et Constans jus vetus reduxerunt (C. Th. III, 12 l. 1 cf. 3), Basiliscus Claudianum, unde Zeno vel Anastas. iterum ad vetus reversi sunt. C. V, 5 l. 5, V, 8 l. 2. — fratr. vel] Ita Th. codd. 1. 3..7 (16) AB, M. Css. ed. B.; rell. inserunt *vero*. — *fr. et* codd. 3. 5 (4). ed. B, et contra Th. — sor. ... lic.] f. Caj. l. c. — sed ... pot.] p. D. h. l. 39 pr. — duc. quis] inserunt *uxorem* codd. 8. 9 (19), ed. 2. Cu. — „2. 1." codd. AM. 8. 14 (11) ed., praeter B, omnes. — quamv. .. sint] f. (?) Caj. ad edict. prov. (D. h. l. 17 §. 2), p. Ulp. l. l. — In jure nuptiarum gradus numerari non solenne (D. XXXVIII, 10 l. 10 pr.): quartum autem inter vetitos non esse, in proverbium abierat (f. et p., cf. Giph.). — *quartus* codd. 1. 10 AAA. Css. Jgg. JvD, P. — *sit* iid. et 4. 9 (4) edd. LXXXVIII. CXXII in marg., utrumque et contra Flor. fontis et Th. — cuj. .. perm.] Th. καινῶν καθε-

neptem permittitur. ejus vero mulieris, quam pater tuus adoptavit, filiam non videris impediri uxorem ducere, quia
4 neque naturali, neque civili jure tibi conjungitur. duorum autem fratrum vel sororum liberi, vel fratris et sororis, jungi
5 possunt. item amitam, licet adoptivam, uxorem ducere

---

λικός, cujus autem usus fere ad solas h. l. expressas species restrictus est. — *Cum enim* codd. 15. f. ed. B. — *ej. neq.* ita codd. 1. 3 . . 7 (19) Css. Jgg. IvD, P. edd. Ho., B. „2. 1", minus apte, rell. neq. nat.] quia adoptio juris civilis est; neq. civ.] ob D. I, 7 l. 23. Inter parentes quidem et liberos aliud nonnunquam servatur (D. h. l. 55 §. 1): at patruus, licet parentis loco, tamen non ipse pater est.

§. 4. Consobrinorum nuptiae, antiquissimo tempore ignotae, lege lata permissae feruntur (Tac. Ann. XII, 6. Plut. qu. Rom. 6); Servii Tullii aevo non ignotae (Dionys. Ant. IV, 28), postea percrebescentes patrum jurisque ipsius favorem meruerunt (Liv. XLII, 34. Tac. l. c. D. XXVIII, 7 l. 23. 24, h. l. 3. 67 §. 1); a Theodos. I. vetitae (C. Th. III, 10 l. un., 12 l. 3 et Goth. ad l. un. citt.), ab Arcad. et Honor. iterum permissae (C. J. h. l. 19), postea in oriente et occidente denuo vetitae (Basil. T. IV. p. 284. Caj. Visig. I, 4, 6.). cf. Reiz exc. 10. — aut.] def. Th. cod. 13. — vel sor.] *sor.. ve* Css. Igg. IvD, P. — jung.] *conj.* codd. 9. f. i. edd. 1 . . 10. Chc. Ha. Co. Ho. — *non* addunt codd. 5r. 8. XXXIX. XLI. LII. LX. XCII. Hoo. Co. duo, Cuu. et Damiani aevo (11mo saec.) omnes ipsi noti (? Co. referente: nos in Dam. epist. ed. Paris. 1610 nihil ejusmodi invenimus), Igg., IvD, P, Th., plurimi codd. h. l. et §. 3. Affirmativa, quam plurimi omnesque nobis noti antiqui codd., AAA. Css., et glossa cod. LXXXV. (Irnerii?) tuentur, praevalet, ut cum jure Just. conveniens (D. et C. ll. cc., J. h. §. 3 *quarto gradu*), unde longe facilius propter jus recentius in paucis libris negativa, quam contra hoc in permultis e negativa oriri affirmativa potuit. Quod et in Th. cadit, in cujus §. 3 librariorum manus, duas diversas glossas οὐ et θετήν incaute jungens, facile agnoscitur. Argumenta pro contraria sententia, *autem* (h. §o) et *item* (§o subseq.), quia licitarum nuptiarum exemplum antecedat, vetitarum sequatur, negativam tueri, in excerptis diversorum librorum Just. aevo collectis per se haud gravia, eo certius diluuntur, cum *autem* saepe vim merae conjunctionis habeat, *item*

non licet, item materteram: quia parentum loco habentur. qua ratione verum est, magnam quoque amitam et materteram magnam prohiberi uxorem ducere. §. Affinitatis 6
quoque veneratione quarundam nuptiis abstinere necesse est. Ut ecce privignam aut nurum uxorem ducere non

---

ad initium §. 3 referri possit. Al. Reiz. exc. 10. — —

§. 5. f. r. (?) Caj. ad edict. prov. (D. h. l. 17 §. 2), p. D. h. l. 55 §. 1. — ux. duc.] ita f. r., codd. 1. 3 ... 6 (18). AAA. Css. Igg. IvD, P. ed. B „2. 1" rell. — it. mat.] separatim posita (simil. in f. r.), ne vv. *lic. adopt.* huc, i. e. ad cognatam trahantur (v. Th. et cod. 15 *item sed contra*). Minus conspirat D. h. l. 55 §. 1 *patr. ad. matert.* — *nec* interjiciunt codd 8. 11 (8), edd. 1. 2 (8), et recc., praeter B., omnes, sc. glossam, simil. Th. οὐ μὴν οὐδέ. — quia..hab.] p. D. h. l. 39 pr. — par. l.] „2. 1" codd. 15. 19. n. edd. 1 .. 10. — *in* praemitt. edd. 1 .. 3 (9). — *parentis* codd. 15. 31. et D. l. c. — μητρῶν Th., simil. J. h. §. 7. — hab.] ...*etur* codd. 1. 3. 5r. (13), AAA. Css. Igg. IvD, P. edd. 2. 3 (8), .. *entur* potissimum a Th. (bis plural. exprimente) defenditur. — qua rat.] i. e. vel *ex eadem causa*, vel *similiter* (quod Th. exprimit), fortasse utrumque. — mat. magn.] alio, quam similia antecedentia, ordine, ut f. r.; „2. 1" codd. 8. 12. 16. ed. 4.

§. 6 7. p. Cic. p. Cluent. 5. Virg. Aen. X, 389. Caj. I. 63. Ulp. V, 6. Coll. VI, 3. 4. D. h. l. 14 pr. §. 1. 4. l. 15. 40.; XXXVIII, 10 l. 4 §. 7; XII, 7 l. 5 §. 1; XXV, 7 l. 1 §. 3. C. Th. III, 12 l. 2. 4. C. J. h. l. 2. 17. — Inter §. 6. (*ut ecce* sqq.) et §. 7 parallelismus apertus, at, more Rom., non anxie servatus. — *alia rat.* .. fin. §. 6. f. r. Caj. I, 63. — Aff.] quid sit, v. D. XXXVIII, 10 l. 4 §. 3 sq. — vener.] ideo dictum, quia nuptiae diu inter eos tantum affines, qui sibi parentum liberorumve loco erant, interdicebantur. — *ratione* codd. gr. m. RR., in marg. ed. CXLIV, contra Th. et rell. — quar.] *a quar.* codd. 15. 22. edd. 3. 6. 9. Che. Ha. Co. Ho. cf. h. §. 1. — abst. nec.] codd. 1. 3. 4 (20). AAA. Css. Igg. IvD, P. edd. tantum non omnes, *abstineri n.* cod. 18, *abstinenti n.* cod. 5., *abstinendum* codd. 14. 16 (6) ed. Cu. cf. h. §. 1. — ecce] ICtis sollemne in exemplis significandis. v. Brisson. — ux.] *in ux.* codd. LXVIII. CXIII. edd 1 .. 10. — fil. l. s.] p. D. XXXVIII, 10 l. 4 §. 7. XXIV, 3 l. 16. C. II, 19 l. 15. — sc. it.] codd. 1. 3.,

licet, quia utraeque filiae loco sunt. quod scilicet ita accipi debeat, si fuit nurus aut privigna: nam si adhuc nurus est, id est, si adhuc nupta est filio tuo, alia ratione uxorem eam ducere non possis, quia eadem duobus nupta esse non potest; item si adhuc privigna tua est, id est, si mater ejus tibi nupta est, ideo eam uxorem ducere non poteris, quia duas uxores eodem tempore habere non li-
7 cet. Socrum quoque et novercam prohibitum est uxorem

---

7 (20) AAA „2. 1" rell. — debeat] auct. codd. 1. 6. 17. 20. e. m. n. AAA, ut conveniens modesto ICtorum mori dubitanter loquendi, nec non mox sqq. *possis*, *poteris*; *debet* rell. — fuit] Praeterit. tempus anxie exprimi solebat. (Caj. Ulp. Coll. l. l. Th.), affinitate sc. morte vel divortio sublata (Cic. p. Cluent. 67. p. Sext. 3. p. Quint. 6. D. h. l. pen.). Jam dissolutae necessitudinis lineae rectae in jure aliquid efficientis alia exempla v. D. XXIV, 3 l. 15 §. 2 l. 16. C. VI, 38 l. f.; J. h. §. 1 *et haec adeo*. — *fuerit* codd. 10. 13 (4). edd. 1 . . 10. — nur. aut. priv.] AAA. h. l. *alicujus*, mox *ejus*, *Mevii* et simil. habent, mutationes sc. clerici excerpentis, similes Theophilinis, ubique primam personam introducentibus. — AAA post *nur.*, plerique codd. et edd post *priv.* addunt pronomen (*tua*), quod omisimus auct. codd. 1. 5. 6. 7. 9. 20. ed. 3 cf. h. §. 7 *socr. . . nov.* — nur.] codd. 1. 3. 4 (17) AAA. simil. h. §. 7; *tua nur.* codd. XXVIII. LXXVIII. edd. 1 . . . 10.; *nur. t.* rell. — fil. t.] *tuo* def. codd. 1. 9., at ext. etiam h. §. 7. — possis] *posses* cod. 27, *poteris* codd. 11. 29. edd. Ha. Co. Ho., *potest* AAA., *potes* codd. 9. 10 (4). — quia . . potest] Monogamiae jus antiquum ap. Roman., de quo infringendo nonnunquam agitatum esse ferunt. Suet. Jul. 52 et al. cfr. Heinecc. antiq. I, 10, 18. — p. D. III, 2 l. 1. 13 C. h. l. 2. IX, 9 l. 18. I, 9 l. 7. N. 18. 89. — ead.] *ea* cod. 3 ed. B. — priv. t. e.] def. *tu. est* codd. 1. LXXIX, *est* codd. 30. k., *tua* codd. XLI. CXVI, simil. §. 7 *si adh. socr.* — si mat.] *s. adhuc m.* codd. g. LX. XCIV. simil. §. 7. — tibi] def. codd. 4a. 21. — pot.] *potes* codd. 8. 9 (4), *possis* codd. 1. CVIII., per se fortasse melius, ob anteced. *debeas*, *possis*. — eod. temp.] def. cod. 31. Caj. l. c. Th. (h. l. ab Inst. valde remot.), simil. supra *quia ead.* §. 7 *quia ead.*, *quia du. ux.* - AAA *eo temp.*, *uno eodemque* codd. CXXXVII. CLXI. - lic.] *potes* cod. 30. *poteris* codd. c. e. *possumus* AAA.

ducere, quia matris loco sunt. quod et ipsum dissoluta demum affinitate procedit: alioqui, si adhuc noverca est, id est, si adhuc patri tuo nupta est, communi jure impeditur tibi nubere, quia eadem duobus nupta esse non potest; item si adhuc socrus est, id est, si adhuc filia ejus tibi nupta est, ideo impediuntur nuptiae, quia duas uxores habere non possis. Mariti tamen filius 8
ex alia uxore et uxoris filia ex alio marito, vel contra, matrimonium recte contrahunt, licet habeant fratrem sororemve ex matrimonio postea contracto natos. Si 9

---

§. 7. proh. e. ux. duc.] „3 4. 1. 2" codd. 10. 17. k. ed. B., simil. §. 6 *ux. duc. n. lic.* — nov.] *n. tua* cod. 7 *n. Mevii* AAA. — comm. jur.] i. e. quod omnes spectat, oppositum *singulari* affinium prohibitioni (v. Brisson.), minime dictum pro *jure gentium*, quum oppos. quoque affinium jus gentium sit (D. XII, 7 l. 5 §. 1). Al. Costa var. ambig. III, 3 (Otto IV.). — tibi] def. AAA. cod. 16. — impediuntur] *i. tibi* codd. 4. 5 (6) edd. 1..10. Che. Ha. Co. — *tibi. i.* cod. 30. — poss.] *poteris* codd. 29. n; *potes* Acc. var., codd. 22. 27. i. edd. 1..3 (8), Che. Ha. Co. Ho.; *possumus* AAA.; *licet* codd. 10. 13 (6). edd. LXXXI. CXXIII in marg., sc. e §. 6 sumtum.

§. 8. f. r. Papin. respons. (D. h. l. 34 §. 2). p. D. XLV, 1 l. 134 pr. — tam.] *autem* cod. XLI. Css. Igg. IvD, P.; *vero* ed. Ho. — contr.] *econtra* codd. 8. 31. f. IvP. edd. 2. 3 (4). — matr. r. c.] Nam ne affines quidem sunt (D. XXXVIII, 10 l. 4 §. 3 sq.). — „2. 3. 1" cod. e. ed. B. — lic. nat.] p. (?) Cic. p. Quint. 6: *affinitas liberis .. vivis divelli non potuit*, cui cognata opinio fortasse h. l. rejecta. — sor..ve] *vel sor.* Css. Igg. IvD, P. — matr.] *parentum m.* f. r. — post] i. e. post ipsos natos. Th. — nat.] def. Css. Igg. IvD, P, contra f. r. et rell.

§. 9. f. r. Ulp. ad Sab. (D. h. l. 12 §. 1 .. 3). — *Si .. priv.* p. D. h. l. 12 pr. — *nam .. fin.* §. 1 p. Augusti respons. (D. h. l. 14 §. f.) et D. XXXVIII, 10 l. 8. XXII, 5 l. 5. XLVIII, 9 l. 3. 4. — Si] *Etsi* cod. 9 edd. 1. 3 (7). B., *sed etsi* cod. 4r., *sed si* codd. 13. 15 (7) edd. 2. Ho., *si vero* codd. 8. 12 (4), sc. quia talia h. t. frequentantur, a librariis facta. Conjunctionum defectus (qualis et §. 3. 12 invenitur) h. l., ubi de specie ab antecedent. diversa agitur, et per se melior. — *Si qua* edd. 3. 5 (6). — al.] *a. viro* codd. 4. 30.

uxor tua post divortium ex alio filiam procreaverit, haec non est quidem privigna: sed Julianus hujusmodi nuptiis abstinere debere ait; nam nec sponsam filii nurum esse, nec patris sponsam novercam esse, rectius tamen et jure facturos eos, qui hujusmodi nuptiis se abstinuerint. §. Illud

---

31, *a. marito* codd. 8. 12 (4), probante Reiz., et contra f. r., neque a Th. satis adjutum. — non .. priv.] alludere videtur ad etymologiam priv. (*prius genitus*) ap. Festum. cf. Th. — „3. 1. 2. 4." codd. 8. 10 (31), Css. Igg. ed. B.; *tua* addunt plerique sc. glossam; ob consensum Flor. f. r., Th. et AAA a nobis ejectum. — Jul.] *Ulp.* ed. CXLIV var., et contra Th. - hujusm.] *hujus* codd. 18. k, *his* codd. CXXVIII. CXXIX, adstipul. f. r. et Th., qui autem in fine h. §., h. l. respondente, *hujusm.* vertit. — *ab h.* codd. 15. 17 (5) edd. 1 .. 10. Che. Ha. Co. Ho. - abstinere] codd. 1. 3 .. 14 (26) AAA edd. 1 .. 10, simil. Caj. I, 58; ...*ri* rell., fortasse factum ob subsequens *se abstin.* Est autem aeque frequens locutio *abst.* atque *se abst.* (v. lexica), alternando, ut h. l., D. XXIX, 2 l. 57 pr. adhibita. — nam ... fact.] Haec antecedd. eo sensu simil., ut a vera affinitate utraque species ratione temporis differat, vel nuptiis jam solutis vel nondum secutis. Gloss. cod. LXXXV. — Glossae cod. CXVII et Acc.: *ait*, *scimus*, simil.; in contextu *nam constat* codd. 11. ir. n. edd. 1 .. 10. Che. Ha. Co., *n. verum est* cod. 30; *dicimus* vel *scimus* diversis locis addunt codd. 17. 29 31. ed. 1., eo sensu, ne haec Jul. tribuantur, cui f. r. adstipulari videtur. Contrarius quoque Th.; et quid impedit, quo minus Ulp. in f. r. suo nomine protulerit, quod antea Jul. dixit, atque in vero Institut. fonte ipsi tributum est? — nec] *neque* AAA. — rect... et jur.] Haec verba more ICtor. modeste loquendi electa videntur: locis enim p. (supra citt.) affinitas ex sponsalibus ratione ejus, quod efficit, a vera affinitate nusquam separatur. Al. Acc. ad *privigna* (fortasse et Th. bis *εὐπρεπὴς* dicens), unde impedimentum honestatis. — *ex jur.* codd. 26. 27. ed. Ho. — huj.] *ab h.* codd. 15. 20 (4) edd. Che. Ha. Co. Ho. — se abst.] def. *se* codd. 19. 24a. edd. 4. Ha. Co. — .. *runt* codd. 1. 11 (10) edd. 1. 3 (7).

§. 10. p. D. h. l. 8. 14 §. 2. 3. l. 54. Th. (*jus sanguinis*, an vocabulum artis?). - Servilis cognatio in jure civili nullius momenti. J. I, 16. §. 6. III, 6 §. 10.

certum est, servILES quoque cognationes impedimento esse nuptiis, si forte pater et filia, aut frater et soror manumissi fuerint. §. Sunt et ALIAE personae, quae propter 11
diversas rationes nuptias contrahere prohibentur, quas in libris digestorum seu pandectarum ex veteri jure collectorum enumerari permisimus.

Si ADVERSUS EA, QUAE DIXIMUS, aliqui coierint, nec 12
vir, nec uxor, nec nuptiae, nec matrimonium, nec dos

---

D. XXXVIII, 8 l. 1 §. 2. XXXVIII, 10 l. 10 §. 5 in f. Mos autem erat, ad servos juris inter liberos obtinentis praesertim circa matrimonia speciem quandam applicare. Plaut. Casin. prol. 67.. 74. Vopisc. Aurel. 49. D. XXXVIII, 10 l. 10 §. 5. Hinc in iis juris partibus, in quibus mores multum valent (D. h. l. 39 §. 1 l. 42 pr.), facile eorum, quae in servitute acciderant, quaedam ratio habita. p. D. XXI, 1 l. 35. — imp. e. n.] codd. 1. 3..6 (21); „3. 2. 1" edd. 1..3. 10.; „1. 3. 2" rell. - fort. p.] „2. 1" cod. 22. XIV. elegantius.

§. 11. prohib.] *non poss.* cod. 20, simil. Th., sc. minus accurate vertens. — ex vet.] p. P. J. §. 4. — *ex omni v.* cod. 21, sc. e p. petitum. Th. πολλῶν e suis addit. — collector.] codd. 1. 10. X. XLIX. L. LXI. CXII. CXV. CL. et Flor. ad S. Crucis (Gronov. emendat. Pand. 21), voci masculinae πανδέκτης convenientis; *collectar.* rell., servientes sc. usui loquendi a Graeco remoto, quem jam Just. aevo invaluisse nemo docuit. cf. Otto. — en. perm.] D. h. l. 13. 16. 23. 27.. 32. 42 §. 1.. l. 51. 58. 62 §. 1; l. 26. 34 §. 1 l. 36. 37. 59. 60. 62. §. 2. l. 64. 66. 67; l. 38. 57. 63. 65. — .. *rare* codd. 15. 25. ed. B., et contra Th. — *permissum est* codd. 3. 4. 5 (14) ed. 2., et contra Th.

§. 12. f. r. (?) lex Jul. et P. P. cf. Heinecc. ad eam c. 6 §. 1. — ... *p. p. pertin.* f. r. Caj. I, 64. — *qual. s.... s. p. filii* f. Caj. l. c. — Initium et finis h. §. ext. in Attonis epist. ad Azonem. — Si] praemittunt *ergo*, *item*, *et*, *sed* Caj. Cs. 1. Igg. IvD., P., codd. 9. 13. n. — al. co.] .. *quis* ... *rit* codd. 4. 13. 15, quodammodo consentientibus Caj. et Th., qui autem remotiores ab Inst. sunt. — .. *runt* codd. 17. 19..21. ed. 6, .. *re* IvP. - n vir..n. dos] p. D. XXXVIII, 10 l. 4 §. 8 XXXVIII, 11 l. un. pr. — n. vir n. ux.] p. Caj. l. c. C. Th. III, 12 l. 3, C. J. V, 5 l. 6. — n. nupt.] fortasse demum a D. Marco constitutum (D. h. l. 16. 42. §. 1. XXIV, 1 l. 3 §. 1); matrimonii non omnino

intellegitur. Itaque ii, qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris non sunt: sed tales sunt, quantum ad patriam potestatem pertinet, quales sunt ii, quos mater vulgo concepit. nam nec hi patrem habere intelleguntur, cum his etiam incertus est: unde solent filii spurii appellari,

---

nullius exemplum. v. Ulp. XVI, f. — *n. nupt.* def. Css. Igg. IvD, P., codd. 6. l., assentiente Th., qui vero ex genio linguae libere vertit. — n. dos] p. D. h. l. 52. 58, XXIII, 3., C. l. c., h. l. 8; in impari matrimonio post mortem demum caduca. Ulp. l. c. — def. *n. dos* AM. — Itaq... v. concepit] p. Ulp. V, 7. — ii, qui ...ii, quos] Prius *ii* def. AAA. Css. Igg. IvD, P. Atto. cod. l. ed. Co. — *hi* vel *hii* codd. 1. 3..6 (15) AAA. Css. Igg. IvD, P., edd. 1..10.; melius *ii* agnoscit et Cai. — eo] *tali* Atto, codd. 19. f. g., parum favente Th., et contra Cai. — quant...pert.] p. Caj. I, 55. J. I, 9 pr. D. I, 6 l. 3. Aliâs a spuriis differre his verbis indigitatur. p. Caj. I, 29 32. 65. 74. Ulp. III, 3. 4. D. II, 4 l. 6. XL, 12 l. 3 pr., sc. de matrimonio juris gentium similibusve conjunctionibus intelligenda. Accedit ex jure Christ. Impp. legitimatio. — patriam pot.] „2. 1“ codd. 15. e. n. ed. B. — *patris p.* AM. — mat. v.] „2. 1“ AM. Css. codd. 15. 17.. 19. ed. B. — nec ... etiam] Ita dictum, quia pater non omnino incertus, at jure civili non agnitus D. I, 5 l. 23. C. V, 27 l. 1. (*qui pat. dicitur*). — Def. *hi* cod. 15. — nec ... intell.] p. J. III, 5 §. 4. D. XLIX, 15 l. 25. — his] def. cod. 18. ed. Co., *iis* codd. 19. 21; *is* AAA. Cs. 1. Ig. 1. codd. 6. 12. 22 26. g. Cuu. (not. prior.) ed. Cuj., Th. ob mutatum sermonis progressum parum juvante. Caj. (cf. schedas 5 literarum vestigia servantes) potius pro *his* est, quod, a plurimis libris servatum, contextui optime convenit. — h. etiam] def. *et.* cod. 29. ed. 2. *et* cod. f. edd. 1. 3..10. Che. Ha. Ho.; „2. 1“ codd. 19. 22. edd. 1. 4..10. Che. Ha. Ho. — Plerique addunt *pater* vel h. l. (*h. e. pat.*), vel ante *est*, *unde*, *his*; Igg. IvD, P. codd. 18 *coitus*: utrumque glossam, omissam Caj. (?) Th. AAA. Css. codd. 1. 4..6 (9) Cuu (not. prior.). RR. ed. Co. — inc. est] p. Jul. Paris. (ap. Valer. Max. post libr. IX), C. V, 18 l. 3. — *sit* Caj. codd. 13. 20. 21. edd. Che. Ha. Co. Ho., melius, quod autem Inst. ipsas (fortasse et Cajum) corrigendo factum videtur. — „2. 1“ codd. 22 f. ed. B. — fil. sp.] codd. 1. 3..5

vel a Graeca voce, quasi σποράδην concepti, vel quasi sine patre filii. Sequitur ergo, ut, et dissoluto tali coitu, nec dotis exactioni locus sit. Qui autem prohibitas nuptias

(20) AAA. Css. Igg. IvD, P. edd. 1.. 10. Che. Co. B.; „2. 1" Caj.; def. *fil.* rell, assentiente Th., sed ab Inst. remotiore. — vel ... filii] Varias *spurii* etymologias v. Plut. qu. rom. 103, Isidor. origg. IX, 5. D. I, 5. l. 23. — def. *vel* .. *voc. quasi* ed. Ha., *a* codd. 13. 16. 17. ed. B, *quasi* Css. Igg. IvD, P. codd. 12. 20. edd. 1..10. Che., haec tria et contra Caj. — σπορ. (p. Jul. Paris l. c. ex emendat. Cui. obss. V, 6 et (?) D. I, 5 l. 23.) i. e. *sparsim*, scite ad eos alludendo, quorum matres corpus vulgaverant. Ergo haud male codd. XLI. CI. edd. 4..9. *i. e. vulgo*. Cod. 19 *i. e. spurtitia multorum* fortasse ad aliam etymologiam *quasi extra puritatem* Isidori l. c. alludit. — Graecae vocis vestigia in codd. satis frequentia, Th. autem auxilio plerumque indigentia, maxima ex parte ad nullum aliud in edd. receptum vel huic loco aptum verbum reduci posse videntur; paucissimi (CXXXVIII. CLXII) vestigia v. νόθος voci σποράδην praemittunt. Habet ed. Cha. νόθος, ed. Ha. (nimirum e D. I, 5 l. 23) παρὰ τὴν σποράν. Genuinam lectionem Alciat. praeterm. l. 1, ed. Che. primi habere videntur. — *conc.* def codd. 22. f. ed. H. — *quasi* .. *filii* Plutarchi alteram etymologiam, quasi e notarum S. P. (sine patre) et SP (spurius) confusione liberi sine patre spurii dicti sint, obscurius indigitant (Cf. notarum collectores et Gruter. p. 434 n. 4). Hoc sensu inserunt ed. Cha. απατρος, Ha. ἀπάτορες, Ho. (ex codd.?) S. P., sc. glossas. — Seq. .. ut] e principio h. §i. — ut loc. sit] fit enim caduca (p. Ulp. XVII, 4. D. h. l. 38 §. 1 l. 52. N. 12, 1.). His nuptiis tantum promissis, condictioni sine causa locus. D. XII, 7 l. f. — et ... nec] ita dictum, quia facilius patet, dotis petitionem (quae etiam exactio audit C. V, 11 l. 6), quam repetitionem non dari. cf. D. XII, 7 l. f. — *et* codd. 1. 3.. 5 (14). AAA. Css. Igg. IvD. Atto. ed. B., def. rell. et Th. — *nec* def. Css. Igg. IvD., jus ipsum male corrigendo. — *n. d. nec donationis* codd. 9. 10 (8). edd. 4. Che. Ha. Co. et contra Th. Haec quidem caduca fit (D. XXIV, 1 l. 32 §. f. C. V, 5 l. 4): at, quum rarius justis etiam nuptiis dissolutis repeti possit, sic (*et* .. *nec*) de ea loquendi nulla occasio. — exact.] *actioni* codd. 3. 18. ed. Che. — proh. n.] ..*tis*

coëunt, et alias poenas patiuntur, quae sacris constitutionibus continentur.

13 Aliquando autem evenit, ut liberi, qui statim ut nati sunt in potestate parentum non fiant, POSTEA autem REDIGANTUR IN POTESTATEM. Qualis est is, qui, dum natura-

